# DECRETA SYNODI DIOECESANAE FLORENTINAE.

*Habita in Metropolitana Eccleſia die XIIII. & XV. Menſis Maii MDCXIX.*



FLORENTIAE,
*Apud Bartholomaeum Sermartellium, & Fratres.*
MDCXIX.



# ALEXANDER MARTIVS MEDICES.

*DEI ET APOSTOLICAE SEDIS Gratia Archiepiſcopus Florentinus.*

**Venerabilibus, & Cariſsimis fratribus noſtris, Canonicis, & Capitulo Metropolitanæ Eccleſiæ ac noſtræ Diœceſis Parochis cæteriſque Clericis ſalutem.**

*POSITOS in Eccleſia Dei Epiſcopos eſſe, vt euellant, deſtruant, diſsipent, & ædificent, & plantent vt inquit Ieremias, nemini dubium erit qui nouerit Paulum Timotheo Epiſcopo ſcripſiſſe, prædica verbum inſta oportune, importune, argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, vigila in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ miniſterium tuum imple. Quæ cum nec facilius, nec vtilius à nobis exequtioni mandari poſſe credere-*

Iere. c.1.

Paul. ad Timo. c.4.

*A a mus,*

*mus, quam ſi Diœceſana coacta Synodo, eæ conſtitutiones ederentur, quæ ad tollendos abuſus, colligenda ſcandala, deprauatos mores emendandos, inſerendas virtutes fouendam pietatem, Dei cultum augendum, & eccleſiaſticam diſciplinam, ex parte reparandam, vel reuocandam, non parum valerent, ac Sathanæ trade-*
Paul. ad Corin. 1. c. 5. *rent quoſdam facinoroſos, in interitum carnis vt ſpiritus eorum ſaluus ſit in die Domini noſtri IESV Chriſti. Dei nomine inuocato, & ſapientum adhibito conſilio, has ſynodales leges, in populi curæ noſtræ demandati, commodum ſpirituale edidimus; quas veſtrum eſt Venerabiles fratres, & filii cariſsimi, pari ſtudio, & charitate ſuſcipere, & obſeruare, ac ſecundum eas, veſtros, & aliorum mores informare, fidentes Spiritus Sancti gratiam, vobis adfuturam, ad ea præſtanda quæ eodem Spiritu adiuuante, & impellente in hoc Diœceſa-*
Paul. ad Gal. cap. 4. *no conuentu, ad maiorem Dei gloriam conſtituta fuerunt. Valete ac Patrem luminum rogate, vt Spiritum*
Pſal. 103. *Sanctum ſuum, ſuper filios adoptionis effundere & faciem terræ renouare dignetur.*

# DECRETA DIOECESANAE Synodi Florentinæ.

## TITVLVS PRIMVS.

## *DE FIDE ET IIS, QVAE AD eam tuendam, & propagandam pertinent*

## CAPVT PRIMVM.

### *De Fidei Profeſsione.*

CVM fidem omnium virtutum baſim, & inexpugnabile ſcutum, ad extinguenda nequiſſimi ignea tela cœlitus demiſſum, in dies creſcere, firmãq; manere vehemẽter optemus; hæc Sancta Florentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, decernit, mandat, ac præcipit, Sacroſancti Concilii Tridentini decretis inhaerendo, vt inpoſterum in manibus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Florentini, vel eius Vicarii generalis, publicam fidei orthodoxę profeſſionem emittant, iuxta formulam conſtitutionis fœli. recordationis Pii Quarti incipientis, Iniunctũ nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium &c. omnes, & ſinguli qui ab eodem concilio obſtringuntur, vel de iure, aut conſuetudine ad eam faciendam obligantur: Quod ſi qui huic noſtro decreto parere renuerint, vel neglexerint pœnas à ſacris Canonibus, & à Tridentino præſertim iniunctas necnon alias arbitrarias non effugiant.

*Pius Quartus ſuperforma iuramenti profeſsionis fidei. Concilii Trid. ſeſſ. 24. c. 12 de reform. & ſeſſ 25. cap. 2. tit eodem.*

CAPVT

## CAPVT SECVNDVM.

## *De ſidei initiis pueris Rudibuſq; tradendis.*

§. 1. NE plena lamentis dicta, in noſtra Diœceſi audiantur, paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, in virtute ſanctae obedientiæ, diſtricte præcipimus, & exacte obſeruare mandamus, omnibus Plebanis, Parrochis, nec non aliis quocumque nomine nuncupatis, curam habentibus animarum, quæ de Doctrina Chriſtiana, à Tridentina Synodo, & à Prouinciali, & Diœceſana noſtra optime ſancita ſunt, & in ſpecie, quæ ſequntur, ſub pœnis inferius reſpectiue iniunctis, & aliis, cum temporalib. tum ſpiritualibus arbitrio Ordinarii reſeruatis.

Omnes curati doceāt doctrinam chriſtianam.

*Ier. Tren 4. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. Synod. prou. rubr. 1. cap. 1. Synod. Diœceſ cap. de Doct. Chriſtiana 1610.*

§. 2. In qualibet parrochia in qua centū perſonæ ſunt quæ quotannis obligantur ad Euchariſtiam ſuſcipiēdam conſtituta Florentiæ, vel in oppidis, caſtris, aut ſimilibus locis noſtræ diœceſis, vbi Populus paulo frequentior eſt, diebus Dominicis ſaltem, aliiſq; feſtis diebus à prandio, aliqui à Parrocho emittantur, cum tintinnabulo, qui parrochiæ fines obeundo, clara, & alta voce ad Eccleſiam conuocent pueros, puellaſque quam plurimas, alioſq; Chriſti fideles vtriuſque ſexus ad fidei rudimenta deuote audienda, & addiſcenda, idemque fieri volumus in Cathedrali Eccleſia Florent. vel in alio commodiori loco à Reuerendiſſimo Generali Vicario eligendo. Parochi verò, qui ob exiguum communicantium numerum, non tenentur in ſua parochia fidei rudimenta tradere curent, vt ſui parochiani rudes ad alias vicinas parochias inſtruendi accedant; in inſtitutione autem puerorum, ac rudiū vtantur omnes breui Cathechiſmo ex noſtro mandato imprimendo cuius loco donec imprimatur vti poterunt paruo Cathechiſmo edito ab Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo S.R.E. Cardinali Bellarminio.

Quomodo conuocandi ſint pueri rudeſque.

Quo Cathechiſmo vti debeant.

§. 3. Vbi verò populus rarior eſt, ac per difficile dato ſigno, eū à prandio ad Eccleſiā conuocare: Plebani, Parrochi, aliiq; Sacerdotes curati, iiſdem feſtis diebus, antequam ſacrum miſſæ faciant, ſacris veſtibus induti, ſtantes ante altare, clara

ta, & alta voce, ſimul ab omnibus pronuntiari curent: patrio, vel latino ſermone, prout in domino magis expedire iudicabitur, ſanctiſſimę crucis ſignum, Orationem Dominicam, Salutationem angelicam, Apoſtolorum Symbolum, Decalogi, & Eccleſiæ præcepta, ſeptem Sacramenta, virtutes theologicas, miſericordiæ opera, & generalem peccatorum confeſſionem, idque facili negotio ab omnibus obtinebit Sacerdos, ſi ipſum præeuntem populus eadem reſpondendo ſequatur.

Parochi rurales ante miſſam doceant populũ Symbolum &c.

§. 4. Quod ſi quis adultus, ſaltem poſt annũ, à publicatione conſtitutionum, ſua culpa ignorauerit orationem dominicam, Salutationem Angelicam, Apoſtolorum Symbolum, decalogi, & Eccleſiæ præcepta; is, nec quemquam è ſacro fonte ſuſcipiat, aut confirmandum teneat, nec ad Sacramenta matrimonio excepto, pręter quam in articulo, aut periculo mortis admittatur, niſi promittat intra tres menſes ſe eorum cognitionem comparaturum.

Ignorantes prædicta repelluntur à Sacramentis.

*Concilium Diœceſ. Flor. de Sacramento Baptiſmi.*

§. 5. Præterea Parrochi, & alii Sacerdotes, quibus animarũ cura demandata eſt, dum à prandio fidei initia tradunt, vel ſaltem lecto Euangelio ſingulis feſtis, breuiter vnum, aut alterum, ex articulis fidei explicent; vel ex decalogi, & Eccleſiæ præceptis, eiuſue Sacramentis, aut aliquam ex petitionibus dominicæ orationis, vel modum rite confitendi, & alia ſacramenta ſuſcipiendi, non nulla inſuper addendo de quatuor nouiſſimis, de paſſione dominica, de vitiorum turpitudine, pulchritudine virtutis oppoſitæ, vt ſaltem hac diligentia homines à peccatis reuocati, ad ſequendam virtutem prouocentur, & ad beatam vitam Deo adiuuante perducantur.

Curati explicent Euangelium vel alio modo inſtruant plebem ſibi cõmiſſã.

*Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8.*

§. 6. Et quoniã fruſtra præcipitur, quod exequtioni minime mandatur; ſub pœna decem aureorum; præcipimus omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, curam habentibus animarum vt ad Ordinarium, ſemel in anno teſtimoniales literas mittãt, à tribus viris fide dignis ſubſcriptas, nec non ipſius parrochi, nomine munitas; quibus certior reddatur Ordinarius eos adamuſſim exequtos eſſe, quæ de chriſtiana doctrina pueris rudibuſque tradenda §. 1. 2. 3. & 5. mandauimus; eoſdemque ſub eadem pœna teneri volumus ſingulis annis, ad comparendum per ſe ipſos coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, vel eius Vicario generali vt interrogari ab iis poſſint.

Sub pœna 10 aureorũ certiorem faciãt Ordinarium de executione prædictorum.

poſſint, an plene, ac perfecte exequtioni mandarint, quæ de puerorum, ac rudium, in iis, quæ ad fidem pertinent inſtitutione ſuperius tradita acceperunt, & vt ſpondeant eadem ſe in poſterum perfecturos diligenter.

§. 7. Inſuper volumus, ut omnes prouiſi in poſterũ de beneficiis curatis, ſimul cum fidei profeſſione, ad predicta ſeruanda ſe ſe obſtringant.

## CAPVT TERTIVM.

## *De abutentibus ſacra ſcriptura.*

Variæ pœnæ imponuntur abutentibus ſacra ſcriptura.

§. 1. QVIA Epiſcopis à Tridentina Synodo iniunctum eſt uerbi Dei temeratores, & uiolatores, iuris, & arbitrij pœnis coercere: idcirco ſtatuimus, vt quicumque poſt hac, verba, & ſententias ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia, vana, fabuloſa, voce, aut ſcriptis detorquere præſumpſerit arbitrio Ordinarii pro delicti grauitate puniatur, qui vero, eadem verba ſacra ad obſcœna, aut ad impias, & diabolicas incantationes, ſuperſtitiones, adulationes, detractiones, ſortes, famoſoſque libellos conuertent; præter grauiſſimum Sacrilegii reatum, & Omnipotentis Dei indignationem, nouerit etiam ſe pœnam centum aureornm pro prima vice incurſurum, quorum XXV. dentur delatori, reliquum arbitrio Ordinarii relinquatur applicandum; & qui ſemel conuictus de hoc ſcelere, iterum in illud inciderit ſciat dupliciter ſe eſſe puniendũ, pœnamq; vt ſupra proportionaliter applicandam ſubiturum, qui vero tertio idem crimen admiſerit præter mulctam pecuniariam, ipſo facto in excomunicationem incidat, & qui mulctas ſoluere nequit luat incorpore.

§. 2. At quicumque ſcripta referta, ſententiis, verbiſue ſacræ ſcripturæ deprauatis, vel ad venerea, aut ad impias, & diabolicas incantationes, ſuperſtitiones, adulationes, famoſos libellos, detractioneſque detortis, publice, aut priuatim legere, aliis communicare, vel apud ſe retinere præſumpſerit, ipſo facto excomm unicatus exiſtat.

CAPVT

# CAPVT QVARTVM.

## *De prædicatione verbi Dei.*

§. 1. QVONIAM declaratio ſermonum Domini illuminat, & intellectum dat paruulis, decretis Sacroſancti Concilii Tridentini inhærentes omnibus animarum paſtoribus, in memoriam reuocamus, eorum munus eſſe diebus dominicis, aliiſq; celebrioribus, ipſi Deo, eiuſque Matri, Sanctiſque dicatis, Ieiuniorum vero Quadrageſimæ, & Aduentus tempore, diebus, quibus Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Archiepiſcopus vnicuique præſcripſerit, ouibus ſibi à Chriſto commiſſis, cum breuitate, & facilitate ſermonis, legem diuinam annuntiare, nec non vitia iter ad cœlum impedientia detegere, operaq; cum virtute coniuncta, quibus ſanctorum gloria promeretur aperire; nec ſolum ſtatis diebus, hæc ore docere, ſed ſingulis momentis, quæ alios docuerunt adimplere, in omnibus ſe ipſos exhibentes exemplum bonorum operum, & gregi ſibi commiſſi formam, præ oculis ſemper habentes principem paſtorum Chriſtum, qui cæpit facere, & docere, vt cum ipſe apparuerit, immarceſcibilem gloriæ coronam accipiant. **Verbum Dei prædicandũ populis.**

*Pſal.* 18. *Concilium Trident. ſeſſ.* 5. *c.* 2. *& ſeſſ.* 24 *c.* 4. *de refor.* *Paul. ad Titum cap.* 2. *Petri prima c.* 5. *Luc. act. primo* *Ad Rom.* 10.

§. 2. Sed quia nemo prædicare poteſt niſi mittatur, ideo nullus ad hoc munus recipiatur, vel ad populum verba facere audeat, abſque literis approbationem Ordinarii, miſſionemque, continentibus. Qui parere renuerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi. Regulares, & ſi à ſuis ſuperioribus, approbationem, habeant, & concionandi licentiam, nullo pacto prædicent in Eccleſiis quantumuis propriis abſque benedictione Illuſtriſs. & Reuer. Arch. Regularibus autem extra clauſtra & obedientiam ſuarum religionum uiuentibus, & ſęcularibus Sacerdotibus niſi ipſi noti ſint, & moribus, & doctrina Probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu, prædicatio interdicta ſit, donec ſuper ea re Sedes Apoſtolica conſulatur. Quod ſi re- **Facultas vel benedictio à prædicatoribus petatur.**

gulares in clauſtris, & ſub obedientia viuentibus, in Eccleſiis, quæ ſuorum ordinum nón ſunt prædicare voluerint, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in dictis Eccleſiis nullo modo prædicare poterunt.

*Ad Rom. 10. Cap. excomunicamus de hæreticis §. quia vero Trid. ſeſſ. 5. c. 2 de reform. Conſtit. Flor. in rub. de magiſtris c. 7. Concil. prou. Flor. de prędic. Verbi Dei c. 3.*

Concionatores non ſeſed Ieſum Chriſtum prædicent.

§. 3. Quicumque prædicandi officio legitime fungentur, quæ in Lateranenſi Concilio decreta ſunt ſeruent, ac diligenter cum Apoſtolo caueant, ne dum aliis prædicant ipſi reprobi efficiantur, ſe ipſos non IESVM Chriſtum, eumq; Crucifixum populis prædicando, vanam doctrinam, & eloquentiam oſtentando, magnamue memoriæ vim, inanes quęſtiones, & ad audientium captum minime aptas pertractando; quare prędicare, vel aſſerere nequaquam audeant, certum vniuerſalis Iudicii diem, aut Antichriſti aduentui ſtatutum tempus: quando non eſt noſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.

Certum vniuerſalis Iudicii diem vel Antichriſti aduentus nō aſſerant.

*Concil. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 11.*
*Prima Corint. c. 9.*
*Actorum primo cap. 1.*

Ab hiſtoriis & miraculis apocrifis abſtineant Hæreticorum difficilia argumenta ne recēſeant crebro nimis ac fuſe.

§. 4. Omnino etiam abſtineant Concionatores ab hiſtoriis apocrifis, à miraculis modica, vel nulla fide dignis, ab ineptis fabulis ad riſum præſertim mouentibus auditores, ab hæreticorum opinionibus, & argumentis fidei dogmata oppugnantibus, vtilitatis modicum, detrimenti interdum plurimum indoctis hominibus afferentibus, difficultates propoſitas, & earum ſolutiones non æq; percipientibus, ſed ſatis, & ſatius erit ad euertendam hæreticorum impietatem, atque dementiam, ſi forte neceſſitas vrgeat, graui, & appoſita redargutione vti, ex ſacra ſcriptura, ex antiquis Eccleſiæ traditionibus, & Conciliis, & ex vnanimi Patrum conſenſu petita, quam longa, & implexa diſputatione.

Sacra ſcriptura iuſta vnanimem Patrū conſenſum explicanda.

§. 5. Meminerint etiam Chriſtiani oratores, ſacram ſcripturam ad libitum non eſſe explicandam, & quod magis dolendum eſt, nec temere, nec iocoſe, cum magna fidelium offenſione in medium adducendam, ſed ea, qua par eſt grauitate fideliter eſſe explicandam, iuxta vnanimem Patrum conſenſum, vt omnipotenti Deo in fidei profeſſione promiſerunt,

quam

quam profeſſionem in manu Ordinarii, aut eius Vicarij generalis, vel ſi Ordinario placuerit in manu ſuperiorum propriorum ordinum emittent Concionatores, qui in poſterum facultatem prædicandi in diœceſi Florentina ſunt accepturi, qui contrafecerit ei facultas concionandi ab Ordinario impetrata minime ſuffragabitur, & eiuſdem arbitrio punietur. Fidei profeſſionem emittant Concionatores.

*Pius Quartus ſuper forma iuramenti profeſſ. fidei.*

§ 6. Decet in concionibus ſacris, Chriſti fideles ad ſe ipſos mutuo diligendos, Deum vero ſuper omnia ſedulo adhortari. Singulos propria officia docere; præſertim filios, patreſque familias, viros, vxores, dominos, ſeruos, Magiſtratus, Clericos, omnes denique ad ſua munia reuocare; qua propter à Paſtoribus, & dignioribus fide viris, prauas conſuetudines, præuaricationeſque eorum, apud quos ſunt verba facturi manifeſtari ſibi ſtudeant concionatores; vt eas generatim inſectentur, omni adhibita diligentia, ne cum offenſione populorum quemquam reprehendant nominatim, aut vlla circuitione verborum ſignificent hunc, vel illum alicui vitio eſſe vlla ex parte deditum; ac multo minus ſacros Eccleſiæ Præſules carpant, alioſque ſæculares, vel regulares clericos mordeant; temporaleſue Magiſtratus aſperius dictis accipiant: ſed chriſtiana cum pietate, & animi demiſſione, ſi opus fuerit ſeorſim moneant, & fraternę charitatis ordine ſeruato corripiant; memores Chriſti humilitatis, & modeſtię, qui diſcipulis proditionem, non proditorem aperuit, eiuſque Præcurſoris circumſpectæ in loquendo prudentiæ, Herodi dicentis non populo, non licet tibi habere vxorem fratris tui, quin potius iuxta Apoſtolum doceant vniuerſos Præpoſitis ſuis, Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, etiam diſcolis obedire, & pro eis deprecari quandoquidem pro illis peruigilant, quaſi rationem reddituri; è contra vero Magiſtratus omnes, & Parrochos ad quos concionatores declinare contigerit, obſecramus in domino vt eos cum charitate ſuſcipiant, & ab eis paterne corripi patiantur humiliter, memores vinum, & oleum infundendum eſſe vulneribus, & eorum monita contemnentes ſpernere Chriſtum ipſum à quo mittuntur.

Ad pietatem hortentur fideles verbi Dei præcones.

A paſtoribus conſuetudines ſibi manifeſtari curent

Abſque offenſione reprehendant.

Neminem carpant.

Superioribus etiam diſcolis eſſe parendum doceāt.

Ab omnibus benigne tractentur concionatores, à quibus corrigi omnes boni conſulant.

*Concil. Lat. ſub Leon. X. ſeſſ. 11. Marc. 14. Marc. 6. Prima Petr. c. 2. Ad Timot. c. 2. Ad Hebr. c. 13. Luc. 10.*

§. 7. Statuimus præterea vt verbum Dei diurnis tantum horis, Paſsio Domini Noſtri IESV Chriſti, luceſcente die, Diurno ſolū tempore habeantur conciones.

Ab omni dicto & facto aliquo modo abhorrente à chriſtiana diſciplina abſtineant.

non autem noctu prædicetur, quo tempore, nihil fiat, dicaturue; etiam ad lacrymas[ciendas à chriſtiana diſciplina aliquo modo abhorrens, idque ſemper exacte ſeruetur in publicis concionibus, firmiter ſibi perſuadendo plus roboris ad permouendum ad pietatem populos habituras, ſcripturæ ſacræ ſententias, ſanctorumque appoſita dicta, vrgenteſque rationes, quas Diuino afflati ſpiritu viri in medium afferent, quam ingentes clamores, inconcinnoſque corporis motus, homines ad riſum, vel ſtomacum, non raro ad odium ipſiusmet dicentis prouocantes.

*Synod pro. Flor. c. 5. de prȩd. verbi Dei.*

Abſque licentia ne publicent indulgẽtias, nec vllũ pauperem cõmendent fidelibus.

§. 8. Abſque Ordinarii licentia, indulgentias ne promulgent concionatores, nec quemquam velut pauperem fideliũ eleemoſinis fouendum proponant, qui teſtimonium ſuæ indigentiæ ab Ordinario ſcriptum non attulerit: qui ſi de more eleemoſinas pro ſe ipſis in Eccleſia, vel extra corrogare voluerint, cũ charitas non quærat, quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti, id ſumma cum modeſtia peragant, & abſque ſcandalo proximorum, ne fructum prædicationis, ac laboris amittant, & mercedem ſuam, poſtmodum ſe recepiſſe cum lacrymis audiant.

Modeſte pro ſe ipſis eleemoſinas petant.

*Prima Corin. cap. 13. Mat. 6.*

§. 9. Cum Innocentius Tertius in Concilio generali Lateranenſi excomunicationis vinculo innodandos, & niſi quã citius reſipuerint, alia competenti pȩna plectendos iubeat, qui ſub ſpecie pietatis, virtutem Chriſti abnegantes, auctoritatem prædicandi ſibi contra Apoſtolum vendicantes, priuatim, vel publice abſque auctoritate à Sede Apoſtolica, vel Catholico loci Epiſcopo ſuſcepta, prȩdicationis officium ſibi vſurpare præſumpſerint. Et Gregorius Nonus Mediolanenſis Eccleſiæ Antiſtiti mandet interdicere laicis vniuerſis, cuiuſcunque ordinis cenſeantur, ne ſibi vſurpent officiũ prȩdicandi, cum verendum nimis exiſtat, vt ipſe ait, ne vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrent; attendens etiam doctorum ordinem, eſſe in Eccleſia Dei, quaſi præcipuum; Synoduſque Trident. expreſſe prohibeat ſȩculares presbyteros, niſi ipſi noti ſint, moribuſque & doctrina probati, quorumlibet priuilegiorũ prætextu, incõſulto Rom. Pont. prædicare. Ideo ſancta Synodus, cupiens ad ſacrorum canonũ, & conciliorum normam omnia redigi, & ne cȩco cȩcum ducente, ambo

bo in foueam cadant; prædicta decreta Innocentii,& Gregorii,ab omnibus cuiuſcumque ordinis hominibus inuiolabiliter obſeruari præcipit, ſub pœnis in ipſis appoſitis, aliiſque Ordinarii arbitrio imponendis. Laicos ſuos dilectos filios monens, ouium ſorte debere eſſe contentos, munuſque docendi,& prædicandi Epiſcopis primo,deinde Sacerdotibus eſſe demandatum; vtiliuſque illis fore libros à viris doctrina, & pietate præditis, longa lucubratione, nec ſine diuina illuſtratione conſcriptos publice legere, quam contra ſacrorum canonum, & conciliorum diſpoſitionem officium prædicandi ſibi aſſumere. Per hæc tamen minime interdictum volumus, quin aliqui ſelecti pii, & probati viri aliqua priuata, & familiaria colloquia ad pietatem ſpectantia habere poſſint ad cõſodales ſuos prout tit. 9. c. vnico §. 3. dicetur inferius.

Laici ne prædicent.

Familiaria & priuata colloquia ad conſodales aliquibus permittuntur.

*C. Excomunicamus de Hæreticis §. quia vero. C. ſicut in vno. de Hæreticis Syn. prou. Flor. rub 9. c. 1. Luc. 6. C. adiicimus 16. q. 1. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de refor. ſeſſ. 23. c. 4. de refor. ſeſſ. 24. c. 14. de refor.*

§. 10. At quia beati potius dicendi ſunt, qui verba Dei audientes illa cuſtodiunt,quam venter qui Patris Aeterni Filium portauit, & vbera, quæ eundem lactauerunt,ideo hortamur omnes, vt quantum fieri poteſt ſacris concionibus decenter, attente, & deuote intereſſe ſtudeant, clericos præſertim, quos abſque vrgenti neceſſitate, illas ommittere nolumus, & opere compleant, quæ auribus perceperunt, ne in vanum gratiam Dei recipientes, tormentis mancipentur æternis. *Luc. 11.*

Omnes præſertim Clerici ſacris concionibus interſint.

## CAPVT QVINTVM.

## *De cultu, & veneratione Sanctorum eorum, Reliquiis, & Sacris imaginibus.*

§. 1. DOCEANT Parochi, præſertim rurales, qui rudibus hominibus, vt plurimum præſunt, Sanctorum Martirum,& aliorum cum Chriſto viuentium Sancta corpora quæ viua fuerunt Chriſti membra,& Spiritus Sancti templum ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, à fidelibus

Quomodo adorandę ſint Sanctorum imagines.

libus veneranda eſſe; non propter aliquam diuinitatem, ſeu virtutem quæ in illis ſit, & propter quam colantur, vel quod ab eis ſit aliquid petendum, aut fiducia in ipſis imaginibus figenda, vt olim fiebat à gentibus, in idolis ſpem ſuam collocantibus; ſed quia, honos illis exhibitus, ad prototypa refert. quæ illæ repræſentant, ita vt per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt veneremur: præterea magnum ex ſacrarum imaginum aſpectu, & veneratione fructum, à fidelibus percipi, dum admonentur beneficiorum, & munerũ, quæ ſibi a Chriſto collata fuerunt, & pro iiſdem, Deo, Sanctiſq; gratias agentes ad eorum imitationem vitam, moreſque componunt, atque ad amandum ſuper omnia Deum, creatorem ſuum, pietatemque colendam excitantur.

Magnus fructus ex imaginum veneratione percipitur.

*Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. Sanctorum.*

§. 2. Quarè, vt ſine vllo errandi periculo plebs Chriſti poſſit, ſacras imagines venerari, fructuſque prædictos vbertim percipere innouamus, quæ in prouinciali Florentina Synodo, & diœceſana præteritis annis de ſacris imaginibus pingendis, ſculpendis, effingendis, celandis, in publicis, piiſque locis ponendis matura deliberatione ſancita fuere, ac inſuper inuiolabiliter ſeruari præcipimus, quæ de iiſdem Tridentina Synodus ſpiritu afflata diuino, diſpoſuit, ſub pœna 50. aureorum, dimidium delatori, reliquum arbitrio ordinarii applicandum.

Innouantur quæ in ſuperioribus Synodis de Sacris imaginibus pingendis ſculpẽdis &c. ſancita fuere.

*Conc. Trid ſeſſ. 25. de inuo. Sanctorum. Synod. Flor. prou. rub. de Sacr. imag. cap. 1. 2. & 3. Synod. diœceſ. cap. de ſac. imag. 1610.*

§. 3. Cum ſcriptum ſit domum tuam decet ſanctitudo domine: Omnes Eccleſiarum, Societatum Sacellorum, aliorumque piorũ locorũ, Rectores Superioreſue, infra tres menſes à die publicationis, huius decreti, poſt diligentem inquiſitionẽ certiorem faciant Ordinarium, publice ne, vel priuatim ſculptæ, pictæ, aut alio quouis modo affabre factæ reperiãtur imagines in prædictis locis, falſi quippiam, profani, inſoliti, apocryfi, præpoſteri referentes, quod fidelium corda procaci ſua venuſtate, & laſciuia à vera pietate, & religione auertere poſſit: quas omnino corrigendas, & emendandas ſi fieri poterit, ſin minus amouendas ex Eccleſiis, lociſque ſacris eliminandas

Ordinarius monẽdus an reperiantur in locis ſacris imagines minus piæ & profanæ.

nandas

nandas, quam primum eſſe decernimus. Mandantes ſculptoribus, & pictoribus, vt tali pacto ſacras imagines ſculpant in poſterum effingantq; vt ſingulę earum partes, pietatem aſpicientibus referant, ac ſanctimoniã, quinon paruerit grauiter mulctabitur pro delicti qualitate.

Qui imagines ſacras minus pias pingunt vel ſculpunt puniantur.

§. 4. Vt Sanctorum reliquiis, qui debetur cultus, & veneratio deferatur, in locis honeſtiſſimis, capſulis, & vaſculis affabre factis, qua decet pietate, & religione aſſeruentur, quæ cum populis religionis ergo oſtendendæ erunt, id à Sacerdote ſuperpelliceo induto & ſtola decorato, collucentibus faculis, religioſa grauitate omni ſpe quæſtus ac temeritate abiecta exequtioni mandetur. Quare ſi oſculandæ fidelibus offerantur, nullo pacto adſit clericus, vel alius quicumque qui capſula, pelui, vel burſa eleemoſinas petat, vel ſponte oblatas accipiat: è thecis vbi aſſeruantur in requiſito Ordinario, ne exrahantur, & ſi loco mouendæ erunt id laici minime faciant, ſed Clerici ſuperpelliceum habentes; eædem in proceſſionibus accenſis funalibus à ſacris initiatis ſub vmbella deferantur; ſciantque ſacrilegos illarum ſuffuratores necnon audentes inſcio Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Arch. nouas reliquias publice populo venerandas proponere grauiſsimas ſibi pœnas eiuſdem arbitrio imponendas fore.

Reliquiæ ſanctorum decẽter ſeruentur

A Sacerdote ſtola & alba decorato abſque petitione eleemoſinarum fidelibus oſculandæ tradantur reliquiæ.

A laicis ne loco moueantur reliquiæ.

*Trid. ſeſſ. 25. de inuo. Sanctorum.*

Surripientes reliquias nouaſq; ſine licentia exponentes puniantur arbitrio.

§. 5. Mandantes inſuper omnibus ruralibus Eccleſiarum Rectoribus, & confraternitatum præfectis, in quorum locis ſacræ reliquiæ exiſtunt, vt intra ſex menſes earum omnium indicem, cum diſtinctione illarum, quæ ab Ordinario, recognitæ, & approbatæ ſunt, vel non, in publicas tabulas referendum Ordinario tradant, & in Eccleſia, vel alio decenti loco, ad maiorem Dei gloriam, & Sanctorum eius venerationem augendam alium reliquiarum approbatarum cathalogum affigendum curent.

Catalogum reliquiarum conficiant omnes rectores & societatum præfecti & ad Ordinariũ mittant intra ſex menſes & publice affigant.

## CAPVT SEXTVM.

## *De miraculis.*

§. 1. QVONIAM Satanas ſe non raro transfigurat in Angelum lucis. Nullus cuiuſcumque gradus, ſeu conditionis exiſtat; populorum concurſus, & acclamationes,

occaſione,

occaſione nouorum miraculorum admittat; donec rei veritas comperiatur, & legitime per Illuſt. ac Reu. Arch. ad quem ſpectat talium ſignorum cognitio approbetur, ne temere falſa pro veris admittendo, ac pro certis incerta, verorum miraculorum fides cludatur, pietaſque fidelium, nec non eorum bona, & pecuniæ minuantur, ſacrilegæ impiorum fraudes, & auaritia foueant. quodſi quis contra prædicta aliquid attentare præſumpſerit excommunicatus exiſtat.

Sub pœna ex comunicatio nis ipſo facto prohibentno uorum miraculorum publicatio & populorum concurſus eorum occaſione.

*Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. Sanctorum. Syn prou. Flor. rub. 6. c. 1.*

## CAPVT SEPTIMVM.

## *De ſacris Repræſentationibus.*

§. 1. NEMINI liceat abſque Illuſt. & Reu. Arch. facultate, vel eius Generalis Vicarii quocumque loco, aut tempore veteris, aut noui teſtamenti hiſtorias, aliorumue Sanctorum pęclara geſta, & illuſtres pro Chriſto obitas mortes, multoque minus Chriſti ſeruatoris noſtri necem, paſſionemq; ſacratiſſimam in ſcœnam dare, ſub pœna arbitrii: confirmantes, & innouantes quicquid in diœceſana Synodo ſancitum fuit anno 1610.

Ne dentur in ſcænã ſacræ hiſtoriæ vel Chriſti paſsio abſque facultate.

*Synod. Flor. rub. 5. c. 4. Synod. dioceſ. de ſpectaculis anno 1610.*

## CAPVT OCTAVVM.

## *De Libris prohibitis.*

§. 1. AD auertenda innumera pericula ex virulenta vetitorum librorum lectione animabus imminentia, omnes cum laici, tum Eccleſiaſtici, ad unguem ſeruent regulas Indicis librorum prohibitorum; quem apud ſe habeant Typographi Bibliopolæ, & quicumque literis dant operam, & à bulla Leonis Decimi in Concil. Later. edita, & à decretis Tridentinę Synod. tranſuerſum vnguem ne diſcedant. Mandantes Typographis, ne quid imprimant ſine debita facultate, & licentia in fronte, vel calce librorum ſemper apponenda. Bibliopolis omnino interdicentes venales exponere libros denuo impreſſos, donec Ordinario conſtiterit, cum propriis exemplaribus eſſe collatos, nec aliunde emere antequam

Dantes operam literis & tipographii iudicem librorum apud ſe habeant.

Bibliopolæ nec imprimant nec emant nec vẽdant libros abſque licentia.

eorum

eorum indicem ad eundem deferant approbandum ſub pœna amiſſionis librorum, & arbitrii; innouantes quæ de impreſſione librorum, in ſuperioribus conciliis cum Prouincialibus, tum Diœceſanis ſancita ſunt, contra facientes intelligant ſibi omnes pœnas eſſe ſubeundas in indice librorum, & conciliis contentas.

*Conc. Lat. ſub Leo. X. inter ſollicitudines. Conc. Trid. ſeſſ. 4. in decreto de editione ſacrorum librorum Conſtit. antiquæ Flor. rub. contra impreſſ. librorum c. 1. Concil. prou. Flor. rub. 2 c. 1. 2. 3*

§. 2. Inſuper omnibus librorum auctoribus, & ſcriptoribus mandamus, vt Illuſt. & Reueren. Arch. vel eius Generali Vicario librum impreſſum, & cum exemplari conferendum tradant manu propria ſubſcriptum.

Librorum auctores librum impreſſum manupropria ſubſcriptum tradant Ordinario.

## CAPVT NONVM.

### *De Sortilegiis Diuinationibus, Maleficiis, Superſtitionibus Magigiſque artibus abolendis.*

§. 1. VT diabolica inuenta, quæ nunquam, aut raro ſine tacito, vel expreſſo cacodæmonis pacto, idololatriæ labe, ſaltem materiali, & magna animarum clade exercentur, è noſtra Diœceſi exterminentur, & in barathrum vnde prodierunt perpetuo detrudantur. innouat, atque diligentiſſime ſeruari vult ſancta Synodus, quæ de ſacrilega hac, & deteſtabili corruptela, ſtatuunt antiquæ conſtitutiones Florent. & prouincialis Florentina Synodus; nec non ſacra œcumenica concilia, & Apoſtolicæ conſtitutiones. quare ſub pœnis in iiſdem contentis, & aliis arbitrariis imponendis, nullus, cuiuſcumque gradus ſexus, aut conditionis exiſtat in poſterum audeat, verbis, nodis, cantionibus, caracteribus, ſignis, ligaturis, aut alio quocumque modo, maleficam, ſortilegam, veneficam, aut aliam quamcumque ſimilem ſuperſtitionibus plenam, & perpetuo damnandam artē profiteri, colere, docere, per ſe, vel per alium exercere, ſiue pro depellenda febre, ſiue pro ſanguine ſiſtendo, alioue quouis morbo fugando, aut valetudine recuperanda, etiam animalium, ſiue ad res deperditas, vel

Prohibentur omnia Sortilegia ac ſimilia flagitia innouanturque antiquæ pœnæ.

furto ablatas recuperandas, theſauros inueniendos, ſiue pro alio, quocumque negociorum genere; etiam in ſpecie, & apparentia licito, ne dum malo, aut per ſe prohibito, vt ad vindictam de inimico ſumendam, turpes amores conciliandos, & alia ſexcenta perpetranda facinora, à viliſſimis diaboli adinuenta mancipiis, & architectis, aſſerentibus interdum, ſe preter orationem Dominicam, Angelicam ſalutationem, cum expreſſione ſigni crucis, aut alia pia, & ſacra verba addere, vel nō agere quicquā ad illaqueandos imprudentes, egregie mentiendo; in quem finem ſub pœna quinquaginta aureorū, omnibus aurificibus diſtricte præcipimus, vt nullo pacto audeant feria 5. vel 6. maioris hebdomadæ, domi, vel in ſuis officinis, aut alio quocumque loco annulos, cruces, & alia ſimilia ſigna ſacra, vel profana fabricare, aut fabricata ab aliis, vendere.

Pœna 50. aureorum imponitur aurificibus quedam ſigna fabricātibus & vendentibus.

*Can. 26. q. 1. 2. 3. 4. Extra de ſortilegiis per totum. Concil. Ancivanum c. 23. Concil. Agathenſe cap. 42. conſtit. Sixti V. Cœli, & terræ. Conſtit. antiquę Florent. rub. de Deo glorioſo c. 7. Synod. prouin. Floren. rub. 7. cap. 1. & 2. Concil. Later. ſub Leo. X. ſeſſ. 9 de refor. Curiæ. D. Thom. 22. q. 96. art. 4.*

## CAPVT DECIMVM.

## *De Blaſphemis.*

§. 1. CVPIENTES non ſolum ex parte, ſed funditus execrādum Blaſphemiæ ſcelus euertere, & ora in Deum, & Sanctos maledicta euomentia obſtruere, confirmando & innouando, quæ in antiquis conſtitutionibus Florentinis & in prouinc. Flor. Syn. contra blaſphemos decreta, fuere, recipit ſancta Synodus, vt par eſt, & ab omnibus ſeruari mandat Leonis X. conſtitutionem in Lateranenſi Concilio editam, & à Pio V. Pont. Max. innouatam, confirmatam, & auctam; quare laici in hoc blaſphemiæ crimen incurrentes pœnas dictæ conſtitutionis non effugient. Clerici verò pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcumque beneficiorum ſuorum: pro ſecunda beneficiis ipſis priuentur: pro tertia omnibus dignitatibus exuti deponantur, & in exilium mittantur; Quod ſi Clerici nullum obtinuerint beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniantur, pro

Laicorum blaſphemantiū pœnæ.

Clericorum blaſphemantium pœnæ.

pro ſecunda carceribus mancipentur, pro tertia verbaliter degradentur, & ad triremes mittantur; ſi reliquos Sanctos blaſphemauerint pro qualitate blaſphemiæ Ordinarii arbitrio puniantur. Porro confeſſarii, vt par eſt, Leonis X. mandati memores, abſque grauiſſima pœnitentia, ſæueri confeſſoris arbitrio iniuncta neminem blaſphemiæ, reum in foro conſcientiæ poſſint abſoluere. Blaſphemi nõ abſoluantur abſque grauiſſima pœnitẽtia.

*Leo X. in conc. Lat. ſeſſ. 9. de reform. curiæ. P.V. cum primum Apoſt. off. Conſtit. Flor. rub. de Deo glorioſo c. 1. Syn. prou. Flor. rub. x. c. 1. 2. 3.*

## CAPVT VNDECIMVM.

### *De Hæreticis, & Iudæis.*

§. 1. NE dormiente patre familias, veniat inimicus homo ad ſuperſeminanda zizania, ſingulare, ac maximum ſtudium impendant parochi, ne rudes, indocti, & imperiti homines, de rebus ad fidem pertinentibus vlla de cauſa quamtumuis pia, & ſancta publice, priuateue diſceptent, vel ſermones miſceant; ceteraſque ſimiles occaſiones periculis plenas omnino prohibere, ac tollere pro viribus curent, ſeduli que ſint, ac diligentes, in inquirendis, de fide male ſentientibus, & de eadem ſuſpectis hominibus, illiſque repertis, nulla interpoſita mora, lupos ouina pelle indutos, adeſſe ſignificẽt, Ordinariumq; admoneãt, an aliqui viri, vel mulieres deprauatis, ac deperditis moribus, qui Deum ore confiteantur, factis autem negent, in ſua parochia exiſtãt, ne morbida ſuecta pecus, totum corrumpat ouile; qui verò negligentes fuerint, grauiſſime puniantur. Curent Parochi ne rudes, & indocti de fide diſputẽt. De fide male ſentientes vel deprauate viuentes deferantur.

*Matt. 13. Syn. prou. Flor. rub. 9. c. 1. & 2.*

§. 2. Vt Iudaicæ perfidiæ, occaſiones corrumpendi, bonos Chriſtianorum mores, quantum fieri poteſt, adimantur, ex ſacrorum canonum decretis, edicit ſancta Synodus, ne Iudæi diebus feſtis emant, vendant, aut alio quouis modo contrahant, ſeu quidpiam aliud agant, à ſanctorum temporum veneratione, & cultu alienum, extra locum illis ad habitandum aſſignatum, ſub pęna arbitrii. Nec emant aut vendant Iudæis feſtis diebus niſi in locis ſibi ad habitandum aſſignatis.

*Syn. Flor prou. rub. 8 c. 1. C. quia ſuper de Iudæis & Saracenis.*

§. 3. Et vt ſerui, à Domino reprobati, in cuius mortem

nequiter conſpirarunt, ſe ſaltem, per effectum operis, agnoſcant illorum ſeruos, quos Chriſti mors, liberos, illos vero, ſeruos effecit; ſub excomunicationis pœna, in prouinciali Florentina Synodo, ipſo Iure lata, & aliis à ſacris canonibus ſtatutis pœnis, omnino interdicimus, ne Chriſtiani liberę filii, vlla in re Iudęis ſeruiant, filiis ancillę: neque obſtetricando, neq; lactando, neque educando, aut aliud quoduis miniſteriū, eis impendendo; & ſi in diem vel horam, eis operas ſuas locauerint, apud illos cibum minime capiant, neque medicos iudæos, ad ſe accerſant, aut illorum eſcis vtantur, neque ab iiſdem, exculenta, aut poculenta, coemant, nec vllam artem Chriſtianorum liberi ab illis addiſcant, ac multo minus, ad conuiuia, nuptias, vel dies feſtos, & iudęorum ſynagogas accedant, aut cum eis ludant, vel quod deteſtabilius eſt, choreas ducant; tandem ſocietates, coniunctiones, & nimias familiaritates, cum illis habere omnino ſub eadem excomunicationis pœna prohibemus: quod ſi lactandi puerum hæbreum, neceſſitas vrgeat aliquando; id non fiat à Chriſtiana muliere, niſi approbante Ordinario, ac de eius licentia in ſcriptis obtenta, & extra iudęorum domum.

*Chriſtiani cū Iudæis communicantes excommunicantur.*

*Mulier chriſtiana infante Iudæo lac minime prębeat.*

*C. Nullus. C. Omnes 28. q. 1. C. Etſi Iudæos. C. Iudæi il 2. & C. Adhæc de Iudęis & Saracenis. Synod. prou. Flor. rubr. 8. c. 2. Sanchez in ſumma lib. 2 c. 31.*

§. 4. Porro Chriſtiani, qui iudæorum opera vtuntur ad ſortes, diuinationes, vel artem magicam, aut actionem quamcumque ſuperſtitioſam, ſeu maleficia, & veneficia conficienda, vel deſtruenda, ipſo facto excommunicati exiſtant, iudęique, talia perpetrantes, bonis omnibus ſpoliati, iiſque ſęculari fiſco applicatis, ad triremes perpetuo damnentur.

*Opera Iudęorum ad maleficia deſtruēda vel aſtruēda vtentes ipſo facto excommunicantur.*

## CAPVT DVODECIMVM.

## *De feſtorum dierum cultu, & obſeruatione.*

§. 1. SI non audieritis me, dixit olim Dominus per Ieremiam vt ſanctificetis diem Sabbati, & ne importetis onus, & ne inferatis per portas Hieruſalem, in die Sabbati; ſuccendā ignem, in portis eius, & deuorabit domos Hieruſalem, & non extinguetur; adeo diſplicebat ei, tempus diuino cultui debitum.

*Quam graue facinus ſit ſacra tempora profanare.*

tum.

tum, in opera ſeruilia iudęos impendere, quamuis eorum feſti dies, multo minorem ſanctitatem, quam noſtri; in quibus maiorum beneficiorum memoria recolitur continerent. Quare ad auertenda, à fidelium ceruicibus, intentata ſupplicia, aliaq; longe maiora, a Deo parata, contemnentibus, & plane deridentibus Sabbata eius, licitum ſibi ducendo, eadem prorſus facere, diebus feſtis, quæ profeſtis, & quidem in omnium conſpectu, ac magna cũ offenſione populorũ. Innouat ſancta Synodus, quæ alias, tum in conſtitutionibus Florentinis, tum in prouinciali Synodo ſancita ſunt; hortaturque Chriſti fideles, ne grauentur exequi, quæ canones antiqui Trid. Concil. nec non fęlic. record. Pius Quintus ſua conſtitutione edita anno 1566. Kalendis Aprilis incipiente Cum primum apoſtolatus, de feſtorum cultu tradiderunt; quin immo, vt facilius omnes quantumuis rudes, ſciant, quæ fieri nequeant prædictis diebus, placuit ſanctæ Synodi quædam in ſpecie ſtatuere, eademque Sacerdotibus animarum curam habentibus legenda iniungere, ſub pœna quinque aureorum, ſingulis menſibus, inter miſſarum ſolemnia, dum magna fidelium frequentia in Eccleſia reperitur, eiſdemque mandare vt plebem ſibi commiſſam doceant, præter ęternæ pœnæ reatum, etiam temporales infra imponendas incurſuram, quoties eadem violare pręſumpſerit.

Innouantur antiqua decreta.

Quæ continẽtur in hoc C. ſub pœna 5. aureorũ legantur à Parochis publice ſingulis menſibus.

*Ierem. c. 17. Conſt. Ant. Rub. de feſtor. dier. obſer. cap. 1. 2. & 3. Conc. prou. Flor. c. 1. & 2. Cap. 1. C. licet C. conqueſtus de feriis C. pronuntiandum de conſecr diſt. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de delectu ciborum. Ieiu. & dieb. feſtis. Pius V. Cum primum.*

§. 2. Qui in venditione rerum, ad victum diei feſti, ægrotorumque curationem conducentium, detinentur miſſam omnino audiant, nec iter facturi prius illud arripiant, quam ſacrificio miſſæ adfuerint, niſi eo profecturi ſint, vbi ſacrificio adeſſe valeant. Qui verò in beſtiis paſcendis, erunt occupati, quantum fieri poterit ſtudeant hoc ſalubre præceptum adimplere, præſertim iis in locis, vbi non vna tantum miſſa dicitur; ſciantq; grauiter delinquere parentes qui filias grandiuſculas, domi detinent, dum ſacra myſteria peraguntur, & fidei rudimenta traduntur à parochis, eas educentes dum choreæ fiunt, & ſaltationes. Quare, conſcientias parochorum onerantes, illis iniungimus, vt nullo pacto extra mortis articulum ſacramenta miniſtrent parentibus, dictas filias grandiuſculas,

Denegentur Sacramenta impedientibus grandiuſculas filias ne miſſas audiant.

diuſculas, abſque legitima & iuſta cauſa, domi detinentibus, & impedientibus, ne ſacrificio Miſſæ feſtis diebus interſint, alia que Eccleſiæ præcepta exequantur; non obſtante, quacumq; obfirmata corruptela, & abuſu, quem hac noſtra conſtitutione tollere intendimus: cauſa vero, an fuerit legitima, nec ne, à parocho examinanda eſt, & admittenda, vel reprobãda. *Prima ad Timot. 5. cap. duo iſta 23. q. 4. & C. non putes 23 q. 5. Nauarr. c. 14 num. 17.*

Videant parochi an parentes habeant cauſam legitimam impediendi &c.

§. 3. Artes illiberales, ne exerceantur, aliudue opus fiat, à feſtis diebus alienum, in quibus nil vendatur, aut ematur, præter id, quod ad victum eius diei, vel ægrotantium curationem, neceſſarium erit, ſub pœna quinque aureorum, quorum duo delatori dentur reliqum pauperibus largiatur; ſub eadem, & maiori mulcta prohibentes, ne officinę, aut omnino, aut aliqua ex parte apertæ feſtis diebus habeantur; niſi talia inibi contineantur, quæ ex legitima conſuetudine, non ſolum ſtatis horis diei feſti, ſed quacumque parte eiuſdem diei, in aliquibus vrbis partibus, per vices, libere vendi permittuntur; qualia fere ſunt, quibus infirmi, & reliqui ad victum quotidianum comparandum indigent; pro quibus officinis apertis, rebuſque venditis pater, dominus, & principalis artifex, teneantur, ſi filius, famulus, aut quiuis alius miniſter deliquerint. Tonſores pręſertim, & Cupedinarii, Sutores, Calceolarii, frequentius peccantes, hæc pro viribus ſeruent. Inſuper contra hanc noſtram conſtitutionem quidquam vendentes vel adducentes illud amittant nulla habita ſuper hoc proceſſus ratione, ſed ſola rei veritate inſpecta, præſertim ſi res aduectæ fuerint ligna, pali, arundines, carbones, carbunculique minuſculi.

Quod ad victum & ægrotos neceſſarium non eſt non vendatur die feſto.

Officinæ nec etiam ex parte pateant.

Qui contra prædicta fecerit rerum amiſſione puniatur.

§. 4. Qui ruſticale opus exercuerit, ſeu fimum publice collegerit aut merces euehendo, aut res externas inuehendo, vecturam fecerit, (vino, oleo, aliiſq; cibariis exceptis) mulctetur duobus aureis, & creſcente contumacia grauioribus mulctis ſubiiciatur. Mercatus non fiant ſub pœna amiſſionis merciũ, locis piis applicanda, celeberrimis illis nihilhominus exceptis, qui italicæ Fiere dicũtur, longo vſu permiſſis, raroq; contingentes, quo plurimi, ex diuerſis, & diſtantibus locis confluunt, & merces aduehunt; profanæ negotiationes, & iudiciorum ſtrepitus, conquieſcant; nulli contractus celebrentur, præter eos, qui ad ſponſalia, matrimonia, & pietatem pertinent,

Nundinæ celeberrimæ ſunt permiſſę

nent, tranſgreſſores decem aureos ſoluant.

*C. Omnis de feriis Pius V. ir conſtit. cum primum. Flor. conſt. rub. de feſt. dier. obſer. c. 1. Conc. prou. Flor. rub. 11. c. 2.*

§. 5. Præſtigiatores, circulatores, & ſimiles hominum quiſquiliæ, publicis, aut quaſi publicis in locis, præſertim in villis, & caſtris, dum cælebrantur diuina officia, omnino ſileant, & à ſuis nugis abſtineant, nec vllas ſacras hiſtorias, aut imagines abſque licentia Ordinarii venditent, ac ludos choreas cætaraque irritamenta nugarum per idem tempus exercentes puniantur.

Circulatores præſertim in villis ſileant tempore diuinorum.

*Conſtit. Flor. rub de feſt. dier. obſeru. c. 2. Conc. Flor. prou. rub. 11. cap. 2.*

§. 6. Liceat tamen ſupradictis diebus, ea opera perſequi, quę temporis moram continuationemque requirunt, vt lateres, vitrum, calcemque decoquere, mulionibus, & agaſonibus, cęptum iter perficere (non autem incipere) audita miſſa ſi fieri poterit: fabris ferrariis viatorum equos, neceſſitate præſertim vrgente, ſoleis ferreis induere, beſtiarumq; morbos curare, obquam neceſſitatem, poterunt ruſtici tempore meſsis, & vindemiæ ea opera facere, quæ ſine certo, & magno damno, in aliud tempus differri minime poſſunt, dummodo ſacro interſint, & de prędicta neceſsitate parochum moneant, eoq; rationabiliter inuito nihil faciant.

Feſtis diebus aliqua fieri permittuntur ob neceſſitatem.

*C. Licet de feriis. Conſt. Floren. rub. de feſt. dier. rub. c. 1. Conc. Flor. prou. rub. 11. cap. 2.*

§. 7. Et quia multi præſertim fœminæ, ſub ſpecie paupertatis, & ocii fugiendi, in maximam plerumque perniciem ſuorum, & aſpectantium animorum, ſibi licitum ducunt, nonnulla ſeruilia opera diebus dominicis, & aliis ſimilibus, exercere, & quidem in viis, vel præ foribus ſedendo, dum plurimi tranſeunt. Volens ſancta Synodus, neceſſitati ſimul, & conſcientiis conſulere, ſingulorum; edicit, vt nulli, poſt hac, quocumque prætextu, huiuſmodi opera diebus prędictis, exerceat, niſi prius à proprio parocho, vel à probo confeſſario, quorum conſcientias oneramus, facultatem acceperint; illaque priuatim tantum faciāt, in propriis ædibus, vel officinis, ianuis clauſis, ac tali adhibita cura vt nulli præbeant offenſionem, nec miſſam omittant; alioquin tanquam violatores diei feſti ſeuere puniantur, & creſcente contumacia excomunicentur.

Qui ex neceſſitate conſulto parocho vel confeſſario ſeruile opus exercuerit priuatim exequatur audita miſſa.

§. 8.

§. 8. Hæros tandem, hæraſque monemus reos læthalis culpæ futuros, quoties ſibi inſeruientibus viris, ac fœminis, ad proprias veſtes ſarciendas, & ſimilia, ſine quibus vita du ci nequit humana iniuſte denegant, partem aliquam temporis Deo minime ſacri, illos hac ratione cogentes ea perficere diebus feſtis quæ Chriſti fideles minime decent. Hortatur etiam omnes ſancta Synodus, ne tunc temporis incedant perſonati, nec illis ad commeſſationes, & ebrietates abutantur, quaſi feſti dies, in honorem ſanctorum, per luxum, ac laſciuiam agantur.

Heri hereq: impedientes famulos ne diebus profeſtis ſibi ipſis modice laborent peccant.

Dies feſti vane & otioſe non inſumantur.

*Nauarr. c. 14. num. 21. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de inuoc. & vener. Sanctorum.*

§, 9. Et ſi ſuperius, iudiciorum ſtrepitus conquieſcere ediximus non ideo damnandos duximus, earum regionum mores, vbi rurales iudices ruſticis ius dicunt, diebus ſacris, cum aliis temporibus, ſuis operibus ſint intenti, quæ non poſſunt abſque in commoditate dimittere.

Iudices rurales poterunt ius dicere ruſticis.

*Caiet. in Sum. ver. feſt. violatio. Nauarr. c. 13. n. 13. Toll. lib. 4. cap 24 n. 11.*

## *Feſta quæ in vrbe & Diæceſi Florentina omnes venerari debent & Parochi populis colenda præcipere ſunt hæc videlicet.*

### MENSE IANVARII.

1 Circunciſio Domini Noſtri IESV Chriſti.
6 Epiphania Domini.

### MENSE FEBRVARII.

2 Purificatio B. Mariæ Virginis.
24 S. Matthiæ Apoſtoli anno vero biſeſtili 25.

### MENSE MARTII.

25 Annunciatio B. Mariæ Virginis.

### MENSE APRILIS.

Vacat.

MENSE

MENSE MAII.

1 Sanctorum Philippi, & Iacobi Apoſtolorum.
3 Inuentio S. Crucis.
25 Sancti Zenobii Epiſcopi Florentini in vrbe tantum ex præcepto colitur.

MENSE IVNII.

24 Natiuitas Sancti Ioannis Baptiſtę.
29 Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum.

MENSE IVLII.

25 S. Iacobi Apoſtoli.

MENSE AVGVSTI.

10 S. Laurentii Martiris.
15 Aſſumptio B. Mariæ Virginis.
24 S. Bartholomęi Apoſtoli.

MENSE SEPTEMBRIS.

8 Natiuitas B. Mariæ Virginis.
21 S. Matthęi Apoſtoli & Euangeliſtæ.
29 S. Michaelis Arcangeli.

MENSE OCTOBRIS.

28 Sanctorum Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

MENSE NOVEMBRIS.

1 Feſtum omnium Sanctorum.
30 S. Andreę Apoſtoli.

MENSE DECEMBRIS.

21 S. Thomæ Apoſtoli.
25 Natiuitas Domini Noſtri IESV Chriſti.
26 S. Stephani Protomartiris.
27 S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.

Præter ea omnes, & ſinguli dies Dominici.
Dies Reſurrectionis Domini Noſtri IESV Chriſti cum duobus diebus immediate ſequentibus.
Aſcenſio eiuſdem Domini Noſtri IESV Chriſti.
Pentecoſtes cum duobus diebus immediate ſequentibus.
Feſtum Corporis Domini Noſtri IESV Chriſti.

Inſuper extra vrbem, vbi viget conſuetudo, Dies feſti titulares, vel dedicationis vniuſcuiuſque Parochialis Eccleſiæ, ſimiliter coli mandamus à Parochianis.

# TITVLVS SECVNDVS.

## *De Sacramentis, & Sacramentalibus eorumque adminiſtratione.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De Sacramentis in genere.*

§. 1 QVANDOQVIDEM ſuperior titulus plurima continet de Eccleſiæ fundamento, ac baſi, quæ Chriſti fides eſt, à ratione alienum minime duximus agere in præſentia de viſibilibus ſeptem columnis, à diuina Sapientia exciſis, vt ſuper eas Eccleſię ſuæ domum ędificaret, ac de ſeptem vberrimis fontibus Saluatoris, è quibus gratiarum aquas in gaudio hauriant fideles; cum ea

Quare inſtituta ſint ſacramenta.

ſit hominis imbecillitas, vt res, ſub ſenſum, minime cadentes, non niſi ex iis, quæ ſenſibus obiiciuntur, coniicere poſſit; ideoque Diuinæ Prouidentiæ, & ſapientiſſimæ ſuauitatis fuerit arcana diuina, ſub ſenſibilibus ſignis hominibus proponere, iiſdemque ſignis, efficaciā dare, vt per illa Deum homines colere, & ipſorum iuſtitia, vel incipere, vel augeri, vel certe amiſſa reparari, vt inquit Tridentinum facile poſſet. Quare vt plebs fidelium in dies magis ad ſacramenta, piè, & magna cum reuerentia recipienda accendatur; parochi cum

Parochi vim aliquando Sacramentorū explicent.

de proximo ſacramenta erunt adminiſtranda, illorum vim, & efficaciam ad ſuſcipientium captum & intelligentiam, pie, prudenterque lingua vernacula ſecundum formam à Romano Cathechiſmo præſcriptam explicare non negligant.

*Prouerb. 9. Iſaias 12. Trid ſeſſ 7. in proem. Trid. ſeſſ. 24. c. 7. de reform. Concil. Flor. prou. rub. 28. cap. 1.*

Sacramenta abſque ſimoniæ & auaritię labe miniſtrentur.

§. 2. Cum ſacramenta non ſolum ſine lethali culpa, ſed etiam ſine ſimoniæ labe, & auaritiæ ſpecie, præbenda ſint; caueant omnes, ne in eorum adminiſtratione quicquam exigant, aut etiam verbis, vel ſignis directe, vel indirecte petant, ſin autē aliquid eis à quoquam, vltra datum eleemoſinæ titulo,

vel

vel oblatum fuerit, & ſi laudabilius eſſet, illud quoque quaſi non debitum recuſare, non obſtamus, quin quod libera voluntate, & ex fidelium charitate offertur, accipere valeant; qui ſecus fecerit, cum pœnis à iure communi ſtatutis, & aliis plecti volumus.

*D. Tho. 3. par. q. 64. ar. 6. in O, & ad tertium In 4 diſt. 24. q. 1. ar. 3. quæſtiunc. 5. C per Eſaiam C. Baptizandis C. nullus Epiſcop. cum plur. ſequentibus 1. q. 1. C. vlt. 15. q. 8. C. Placuit 1. q. 1.*

§. 3. In ſacramentorum, & ſacramentalium confectione & adminiſtratione, ne latum vnguem diſcedant, à ritibus, cæremoniis, ac conſuetudinibus S. R. E. cunctarum Eccleſiarũ matris, & magiſtrę, quare cum nuper publico Eccleſię bono, in lucem prodierit rituale romanum Paul. V. Pont. Max. iuſſu editum, vbi ſacri, & ſinceri Eccleſiæ ritus in ſacramentorum adminiſtratione, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus ſeruandi affatim compræhenduntur; Omnibus parochis, & ſacramentorum adminiſtratoribus, diſtricte præcipitur, vt intra ſex menſes a publicatis conſtitutionibus illud apud ſe habeant, & ad illius normam ſua miniſteria peragant, illudq; ſæpius euoluant, diligenterque obſeruent, quæ generatim, & ſingillatim, in eo ſeruanda dicuntur; qui non paruerint quinque aureos ſoluent, pauperibus erogandos; vel alias pœnas dabunt arbitrarias.

Parochi habeant nouum rituale ex cuius præſcripto ſacramentalia, & ſacramenta miniſtrent.

*Syn. prou. Flor. rub. 28 cap. 3.*

§. 4. Singulis annis, Plebani olea ſacra, ab Epiſcopo recenter confecta, ex Eccleſia Cathedrali accipiant, & ea diſtribuant reliquis Eccleſiis ſibi ſubiectis, quarum rectoribus ſub pœna duorum aureorum ex auro, pręcipimus, vt de manu proprii Plebani illa recipiant; innouando quæ in diœceſana Synodo anno 1610. ſancita fuere; oleaq; prædicta nulli, qui Sacerdos non ſit, vel ſaltem ſacris initiatus deferenda tradant, cum ſacra profanis manibus contingere nefas ſit; eaq; clauibus obſerata diligenter cuſtodiant, adeo vt claues ſemper ſint apud parochum, nec alteri, ad euitandos ſacrilegos ſacramentorum abuſus, niſi vrgente neceſſitate tradantur, & ob eamdem cauſam in domicilio ęgroti, numquam relinquantur, nec alibi ſub quouis prætextu, niſi forte adſit Sacerdos, qui eorum ſe diligentiſſimum cuſtodem fore promittat, qui ſecus fecerit Superioris arbitrio grauiter mulctetur.

Rectores à propriis Plebanis olea ſacra accipiant et a ſacris initiatis deferantur.

Olea ſacra nec reſerata nec in domo ęgroti relinquenda.

Suſpenduntur ipſo facto Clerici abutentes ſacramentis & ſacramentalibus.

*Syn. prou. Flor. rub. 28. cap. 4. Syn. diœceſ. de Sacram. extrema*

*vnctionis. Conc. Mogunt. 1.c.27 Syn. Flor prou rub.28. c. 5.*

§. 5. Quod ſi quis tam audax, ac facinoroſus exiſtat, qui ſancta canib. tradere non vereatur ſacramenta, ac ſacramentalia ad alios vſus conuertendo, quam ad eos, ad quos à Chriſto Domino, & eius ſponſa inſtituta fuere, etiam ſub prætextu medicinæ, ſi ſacerdos fuerit, aut ſacris initiatus, ipſo facto ab officio & beneficio ſit ſuſpenſus, ſi laicus puniatur acerrime. *Cōſt. ant. Fl. rub. de Deo glor. c.6. Syn. Fl. pro c.5. Conc. Mog. pri. c.27.*

Suſpendūtur ipſo facto clerici abutentes ſacramentis & ſacramentalibus.

§. 6. Vaſa porro ad olea ſacra ſeruanda ex decenti materia ſint, non lignea, vitreaue, aut ex lapide alabaſtrite, ſed argentea, vel ſtamnea, affabre facta, diligenterq; elaborata, diſtinctis, ac perſpicuis literis nomen olei intus incluſi in corpore præſeferentia, ac munda, ſuiſque capſulis intus ſerico, extra corio circumueſtitis incluſa, quæ in Eccleſia vel ſacriſtia, in loco decenti, clauibuſque obſerato ſeruentur, qui negligentes fuerint pro modo culpę pænas luant.

In vaſibus argenteis aut ſtamneis aſſeruentur ſacra olea.

## CAPVT SECVNDVM.

## *De Sacramento Baptiſmi.*

§. 1. QVAE Pii V. Cath. ac Rituale Rom. ex Pauli V. mandato impreſſum, de Sacramenti huius adminiſtratione, tradidere, tam accuratè, ac diligēter conſcripta ſunt, vt nihil addi poſſe videatur. Quare vnuſquiſque ſacerdos, huius ſacramenti ex officio miniſter illa attente legere, plene intelligere, & exacte exequi curet, ſiue materiam, formā, baptizantem, aut baptizandos attingant, ſiue patrinos, baptiſterium, ſacra olea, cęteraque requiſita ſiue modum ſcribendi baptizatorū, & patrinorū nomina in libro ad hoc parato reſpiciant.

Omnia exequantur ex præſcripto noui ritualis

§. 2. Cum omnes poſsint, ac debeant in neceſſitate baptizare, expedit parochum diligenter attendere, ne ob ignorantiam eorum quæ iure diuino requiruntur ad rectam ſacramenti huius adminiſtrationem, omnino neceſſarium mediū, ad ſalutem obtinendam, irritum, & inane reddatur; ideoque, quam intentionem habere, quam materiam adhibere, quibus verbis conceptam formam exprimere debeant, miniſtrantes baptiſma, parochi cum generatim omnibus, in Eccleſia, tum priuatim obſtetricibus parturientes fœminas adiuuare aſſuetis oſtendant, & ſi quas ignorare ritum vere baptizandi repererint, omnino iis prohibeant obſtetricandi munus exercere, donec omnia optime nouerint; quæ ſi priuatim monitæ

Parochi doceant omnes pręſertim obſtetrices vali de baptizare

Mulieres ignorantes baptizare omittant iuuare parturientes.

monitæ parocho parere renuerint, excõmunicationem ipſo facto incurrant, Parochus vero ex negligentia eas obſtetricare permittens, arbitrio Ordinarii puniatur.

§. 3. Si quando neceſſitate inſtante, aliquem domi baptizari contingat, diligenter exquirat Parochus, à baptizante, vel baptizati parente, aut aliis de hac re certam notitiam habentibus, quæ materia, quæ forma adhibita fuerit ad conferendum baptiſma; quod ſi rite collatum eſſe deprehendat, tantum ea ſuppleat, quæ ad ſolemnitatem requiruntur, ſi minus recte, vel conferat ſimpliciter, vel ſub conditione, ſi dubiũ probabile emergat de validitate baptiſmi domi collati.

Quomodo ſe gerat Parochus erga domi baptizatos.

§. 4. Non plures quam vnus, vel vna, aut ad ſummum, vnus, & vna ad baptizatum è ſacro fonte, ſuſcipiendum admittantur, à parocho, qui prius ſciſcitetur ab iis ad quos ſpectat quem, vel quos elegerint ad hoc munus obeundum; doceatque patrinos, cognationem ſpiritualem contraxiſſe matrimonium impedientem, ac dirimentem cum baptizato, & vtroque parente baptizati; caueatque ne regulares, vel excõmunicatos, iterdictos, publice criminoſos, infames, aut eos qui in paſchate eo anno ſacram hoſtiã confeſſione præmiſſa, vt Eccleſia præcipit, nõ ſumpſerint, vel Clericos abſque licentia Ordinarii, ad leuandũ de ſacro fonte baptizatũ admittat. *Conc. Trid. ſeſſ. 24 de ref. Matr. c. 2. Conc. prou Fl rub. 29. c. 4.*

Doceantur Patrini cognationem ſpiritualem nec plures eligantur quam vnus & vna.

Arceant aliquos curati à leuandis è ſacro fonte infantibus.

§. 5. Sudariola quæ gratia abſtergẽdi infantis caput ad Eccleſiam deferuntur, nec non candelæ, vel ſi quid aliud, ad Eccleſiam defertur baptiſmi miniſterio deſeruiens, apud baptizantem maneant, nec vlli dentur, aut reſtituantur ipſis deferentibus, vt ſortilegiis, & ſuperſtitionibus via occludatur; quinimo, omnes abuſus quantum fieri poteſt abolere curent baptizantes, quoſque tollere minime poterunt, per ſe ipſos, quam primum per Ordinarium efficaciter tolli, curent.

Sudariola candelę & ſimilia remaneãt apud baptizantes.

§. 6. Plebani aliique apud quos eſt fons baptiſmalis, habeant librum in quo baptizatorum, parentum, ac patrinorũ, & matrinarum nomina, & reliqua pro vt in diœceſana Florentina Synodo, & Romano rituali dicitur deſcribantur, & ſingulis annis ſtatuto tempore ſchedulam, vel librum prædicta continentẽ Cancellario Archiepiſcopalis curię tranſmittant, ſub pœnis in ſupradicta Synodo iniunctis.

*Synodus Diœceſana Flor. de Sacram. Baptiſmi.*

Scribantur nomina baptizatorum & patrinorũ & mittantur ad Curiam.

§. 7. Moneant parochi, puerperas, vt cum primum poſt partum domo exierint, mox ad Eccleſiam, Deo eiuſque Matri

gratias

§. 3. Cum Sacramentum iſtud, indelebilem caractherem, imprimat, nec ſine ſacrilegio reiterari poſſit, habeant omnes parochi librum, in quo deſcribant ſuæ parochiæ confirmatos, nec non patrinos (exceptis locis vbi conſuetudo eſt, vt vnus ſit omnium confirmatorum patrinus,) & ſingulis annis, vt dictum eſt de libro baptiſmi, eodem fere tempore librum, aut ſchedulam confirmatorum, & patrinorum nomina continentem, cancellario curiæ Archiepiſcopalis mittant in archiuio aſſeruandum, qui negligentes fuerint, quinque aureos ſoluant.

Nomina confirmatorum & Patrinorũ deſcribantur & ad curiam mittantur.

§. 4. Si quis dubius ſit an hoc Sacramentum receperit, nec ne, non prius accedat ad illud ſuſcipiendum, quam dubium rationabiliter depoſuerit, vel ſi dubium vincere nequit, antequam Archiepiſcopum vel confirmantem conſulat, aut pium, & prudentem confeſſarium.

Dubius de cõfirmatione quid agere debeat.

## CAPVT QVARTVM.

## *De Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.*

§. 1. VT admirabile, & auguſtiſſimum ſacramentum Euchariſtiæ, inter cætera ſacramenta adeo excellens, ſiue maieſtatem Chriſti in eo exiſtentis, ſiue modum mirificum, & infinita prope miracula, quæ in hoc perficiendo myſterio contingunt, ſiue fructus, eiuſque vtilitates conſideres, ſanctiſſime prę cæteris colatur, religioſiſſime tractetur, ac cuſtodiatur; volumus omnes Eccleſiarum rectores intra tabernaculum concinne depictum, & elaboratum, occluſum clauibus, ac in mundiſſimo, tutiſſimo, & honeſtiſſimo templi loco conſtitutum, tam venerabile Sacramentum aſſeruare; ij vero animarum curatores, qui ſanctiſſimi huius Sacramenti, particulas aliquas iugiter in pixide non habuerint, nec ante illas vnam ſaltem lampadem diu, noctuque collucentem, quoties alterum ex iis omiſerint, quatuor aureorum mulctam incurrant, quorum duo, accuſatori, reliqui pauperibus erogentur.

Negligentes in aſſeruanda & cuſtodienda ſanctiſſima Euchariſtia puniũtur

*Synod. prou. Flor. rub. 31. cap. 1. Conſtit. Pii V. quæ incipit Cum primum. Conſtit. Antiqua Flor. de celebratione Miſſarum c. 7.*

§. 2. Quoniam optandum eſſet, vt in ſingulis miſſis aſtãtes fideles, non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali, etiam

Eucha-

Euchariſtiæ perceptionem comunicarent, quoad eos ſanctiſſimi illius ſacrificii fructus vberior perueniret, vtque, aurea illa ſæcula redirent, in quibus plebs Chriſti panem Angelorum quotidie manducabat; ideo parochi inter miſſarum ſolemnia populum frequenter admoneant, de antiqua Eccleſiæ conſuetudine, eumque ad frequentem ſanctiſſimi huius Sacramenti ſuſceptionem inflamment; vtque celebrioribus ſaltem diebus, in quibus Reſurrectionis, Miſſionis Spiritus Sancti, Natalis Domini, Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis, & Omnium Sanctorum memoria recolitur, ad illud reuerenter accedant, hortari pro viribus non omittant.

Hortentur populos parochi vt frequenter ac deuote ſuſcipiant Sacramentum Corporis Chriſti.

*Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 6. Actorum 2. C. peracta. C. quotidie. C. Si quotieſcumque De conſecratione diſt. 2. Cathechiſ Rom. part. 2. Synod prou. Fl. rub. 31. cap. 4.*

§. 3. Quamquam certiſſima norma ſumendæ Euchariſtiæ ſit ea, quam Diuus tradidit Auguſtinus, Sic viue vt quotidie poſſis ſumere, certa tamen vnicuique regula præſcribi minime poteſt, vtrum ſingulis menſibus, vel hebdomadis, vel diebus magis expediat hoc ſacramentum ſumere, idcirco vnuſquiſque, prudentis confeſſarii arbitrium ſequatur, cuius eſt definire, pro diuerſitate ſtatuum, & morum quid cuique conueniat; quamuis raro videatur alicui conſulendum, præſertim mulierculis, ac deuotulis, quibuſdam importunis, volentibus quotidie comunicare, vt frequentius, quam tertio quoque die cōmunicent; cum Eccleſiæ vſus, non parum faueat, cōmunicantibus tantum ſolemnioribus feſtis, ac diebus Dominicis, idque prudentes, & probi viri exiſtiment ſatis eſſe, ne quis iure ſe ipſum reprehendat, dicendo; Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum. Quod experiuntur infelices illi, qui voluptatibus dediti, vel negotiis ſæcularibus plus æquo implicati quotidianum, & ſuperſubſtantialem panem, omne delectamentum in ſe habentem, vix ſemel in anno deguſtant.

Bis aut ter in hebdomada ad ſummū comunicandum.

*Cathechiſm. Rom. de ſumptione Eucariſtiæ. Suarez in 3. par. D. Thom. tom. 3. diſp. 69. ſect. 4. Pſal. 101.*

§. 4. Valde timendum eſt, ne paſtorum incuria, aliquando contingat, oues, à grege Domini toto anno aberrantes, quadrageſimæ tempore, per confeſſionem peccatorum ſacramentalem, ad eius caulas minime redire, nec paſchalibus feriis cæleſtia quærere paſcua, & ſi id Eccleſia omnibus di-

Diligenter Inueſtigent curati non confitentes nec communicantes in Paſchate.

ſtricte præcipiat; Quapropter omnibus animarum curam habentibus, ſub pœna arbitrii in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, omnimodam eorum obſeruantiam, quæ cum in prouinciali Florentina Synodo, tum in Diœceſana ſtatuta fuere in eos, qui annuã ſuorum peccatorũ confeſſionem, ab Eccleſia præceptam, vel Euchariſtiæ ſuſceptionem in Paſchate omiſerint; quos vt facilius deprehendant, & agnoſcant teſſeras, ſeu ſchedulas proprio ſigillo, aut alia nota, ad libitum obſignatas, quæ vulgo dicuntur bullettini, cõmunicantium parochianorum numerum excedentes præparent, vnamque ex illis per fidum miniſtrum ſingulis communicantibus tradant, deinde octaua die Paſchatis elapſa, parochiam luſtrent, diligenter ab vnoquoque teſſeram, ſeu ſchedulam repetẽtes, quam dederunt, quoſque ea carere repererint, pro non cõmunicatis habeant, quique in hoc negligen tes fuerint, ſeu fraudem commiſerint, vel eam pro viribus non impedierint, ſe ſtatim agnoſcant arbitrariis pœnis obnoxios.

Quæ præſtanda ſint à Parochis ad deprehendẽdos non communicantes in Paſchate.

*C. Omnes vtriuſque de penitent. & remiß. Synod. Fl. pro Rub. 31. c. 5. Synod. Diœceſ. anno 1610. de ſanctiß. Euchar. Sacram.*

§. 5. Dixit Olim Dñs panem filiorum, non eſſe dandũ canibus, nec margharitas, ante porcos proiiciendas eſſe, proinde parochi diligenter aduertant, ne palam publicis concubinariis, fœneratoribus, meretricibus, lenonibus, blaſphemis præſtigiatoribus, & hiſtrionibus, qui verbis turpibus, illicitiſque ludunt, coniugibus abſque iudicio Eccleſiæ ſeorſim viuentibus, interdictis, & excõmunicatis uitandis aliiſque facinoroſis hominibus in publicis, & patentibus criminibus, flagitiiſque degentibus, corpus tradant dominicum, niſi eos vitam moreſque in melius commutaſſe conſtiterit, ac prius emendatione vitæ edificaſſe, quos ante malis exemplis offenderant, qui vero non palam, ſed diu ſceleribus irretiti fuere, niſi graui vrgente cauſa, vel ſcandalo ſtatim accedere, ad Euchariſticum panem accipiendum minime debent; ideo illis confeſſarii paterne edicãt, vt quatuor, vel quinq; dierũ ſpatiũ agendo pœnitentiã, & anteacta crimina deflendo inſumentes ad pie, ſancteque recipiendum corpus Chriſti ſe præparent.

Quibus ſit deneganda Euchariſtia.

Non ſunt ſtatim ad Euchariſtiã admittendi homines facinoroſi.

*Matthæi. c. 15. & 7. C. Donare, & ibi glos. diſt. 86. c. pro dilectio. C. Scenicis de conſecrat. diſt. 2. Synod prou. Flor. Rub. 31. cap 7. Synod. Auguſt. c. 19. Nauarr. c. 21. n. 55. D. Thomas 3. par q. 80. art. 6. Suarez. 3. tomo in 3. partem tota diſp 67.*

§. 6. Caueant parentes & qui eorum vices gerunt, nec non puerorum, & puellarum parochi, ac confeſſarii, ne tardius, quam par eſt, vel antequam dignoſcant cōmune ab Angelico pane illis eum tribuant, qua in re, & ſi terminus certus conſtitui nequeat, ille videtur regulariter ſeruandus, vt in mortis articulo vrgente maxime præcepto Dominico. *Niſi manducaueritis carnem Filii Hominis non habebitis vitam in vobis*; detur omnibus habentibus vſum rationis ad peccandum, & capacibus confeſſionis, & extremæ vnctionis; quo periculo minime imminente, ſicut ante decimum annum, nulli cęleſtis eſca præbenda videtur, ita poſt decimum quartum nulli eſt deneganda, dicente præſertim D. Tho. quando iam pueri incipiunt aliqualem vſum rationis habere, vt poſſint deuotionem tanti ſacramenti concipere, tunc poſſe eis conferri, licet inſtruendi ſint prius à parocho, vel alio pio, ac deuoto viro, ne rudes accedant, ac tanti myſterii penitus ignari, & imparati.

Qua ætate pueri accedere primo poſſint ad altaris ſacramentum.

Inſtruendi ſunt pueri poſt o cōmunicantes.

*Ioannis 6. D. Tho 3 par. q. 80. art. 9. Suarez in 3. part. D. Tho. tomo 3. diſp. 70 ſect. 1. in fine. Nauar. c. 21. n. 57.*

§. 7. Maxime decet Subdiaconos, & Diaconos diebus feſtis, ac dominicis, cum altari miniſtrauerint ſacram cōmunionem percipere, minoribus ordinibus inſignitos ſaltem prima cuiuslibet menſis dominica, nec non celebrioribus feſtis per annum occurrentibus eos magna cum deuotione, ac reuerentia imitari.

Maiores clerici ac minores communionem frequentet.

*Conc Trid. de refor. ſeſſ. 23. cap. 11. & 13.*

§. 8. Vt omnes viæ dæmonum inſidiis occludantur, cuncti ſumma animi demiſſione conuiuium appetant electorum, mulieres pręſertim, quas non niſi capite velato, demiſſo vultu, obſtruſo pectore, & habitu modeſto Angelorum menſæ accumbere conuenit.

§. 9. Ne quia ſpecies auaritię, vel occaſio auocandi animum à diuinorum contemplatione communicandis fidelibus detur, ſub pœna decem aureorum omnibus interdicitur, tempore cōmunionis eleemoſinam vllā ſacculo, aut pelui ab iis petere, qui cælicolum ferculo recreati, gratias pro tanto beneficio in Eccleſia Deo reddere cupiunt; quin immo alii etiam pauperes per eccleſiam diſcurrentes abigant, & ad eius valuas expectare cogant.

Eleemoſinæ non petātur à communicantibus.

§. 10

§. 10. Sicuti nunquam deferenda eſt ſanctiſſima Euchariſtia ad vllum quantumuis morti proximum, deoſculanda ſolum, & adoranda; ita ſeruatis omnibus, quæ in rituali nuper impreſſo, & in Florentina prouinciali Synodo tradunt, ad eos qui in vitæ diſcrimine verſantur, eamque recipere valent, cęleſte hoc, & valde neceſſarium viaticum, à parochis opportune portandum eſt. quod ſi quis eorum culpa abſque illo decedat grauiſſimas ſe daturos pęnas intelligant.

Viaticum ad illud recipere valentes deferendum.

*Rituale Rom. de ſac. Euc.* *Synod. prou. Flor. rub. 31. cap. 8.*

§. 11. Sub interdicti pœna nullibi habeant in poſterum quadraginta horarum ſupplicationes, niſi de expreſſa Ordinarii licentia, quam ſi debita cum reuerentia, ac pietate, & honeſto apparatu, id fieri poſſe cognoſcet, de facili concedet; ſub qua, & maiori etiã prohibemus feria quinta maioris hebdomadæ alibi quam in Eccleſiis, ſanctiſs. Domini noſtri Corpus, pro ſextę feriæ officio aſſeruari, nulla etiam immemorabili conſuetudine obſtante, vel indulto, aut priuilegio prætérquam Apoſtolico.

De ſacramento non exponendo, vel aſſeruãdo feria 5. hebdomadæ ſanctę.

Euchariſtia populis adoranda proponitur immi nente procella &c.

§. 12. Si forte nimbi, procellæ, turbines, aut grandines, impendant, nullo pacto Sacerdos ad arcendam tempeſtatem, pixidem venerabilis Euchariſtię adhibeat, ſed ad breue tẽpus, aperto tabernaculo, vel in altari, ſacramenti vaſculo collocato, ante illud litanias aliaſque preces fundere, vel ipſe per ſe, vel cum aliis ad Eccleſiam confugientibus poterit.

§. 13. In ſupplicationibus ſolemnibus non deferat ſacratiſsima Hoſtia in calicibus, vel clauſis vaſculis, ſed in patentibus, criſtallo, aut vitro mundo munitis, ac ſeptis, vt & facile conſpici à populo poſsit, & ab vlla re tangi niſi aperto vaſculo nequeat.

Euchariſtia nõ portetur occluſis Vaſculis.

## CAPVT QVINTVM.

## *De Sacramento Pœnitentiæ.*

§. 1. POEnitentiæ ſacramentum, à Præpotenti Deo, in miſericordia diuite, & noſtrum figmentum optime cognoſcente inſtitutum, vt lapſis poſt Baptiſmum beneficium mortis Chriſti efficaciter applicet, ſacerdotum, qui miniſtri illius ſunt diligentiam, & aſſiduum ſtudium in ijs virtutibus comparandis expoſcit, quæ amantem patrem, iuſtum iudicem, pru

 dentem

Confeſſiones audientium varia munera.

dentem doctorem, ac peritum medicum maxime decent quandoquidem humaniter, & benigne, vt parentes excipere debent peccatores, eoſque, vt iudices inter Deum, & homines conſtituti, abſque vlla iniuria pro meritis ſoluere, vel ligare, ac veluti diuinæ legis periti, & æternæ voluntatis interpretes, mandatorum ſemitam edocere, nec non ſalubribus vini, & olei remediis adhibitis, eorum vulnera vt medici, circumligando ſanare. Quapropter ſancta Synodus, omnes tanti ſacramenti, miniſtros hortatur, & monet, vt iis virtutibus, ſe omnino ornare velint, & curent, ſine quibus abſque magna animarum iactura, Sanguinis Chriſti contemptu, & propriæ dannationis euidenti periculo, tam ſanctum munus obire nequeunt; memores ſe in magno, & nouiſſimo iudicii die, coram Deo, & Angelis eius, ſuæ villicationis rationem ſtrictiſſime reddituros.

Doctrinam & pietatem comparent confeſſarii.

*C. Omnis vtriuſque de pænitentia. & remiſſione. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. 6. & 8.*

§. 2. Exigit Poenitentiæ ſacramentum à Chriſto Domino per modum iudicii inſtitutū, in ſacerdote, qui Iudex eſt, iuriſdictionem; vnde Tridentini decretis inhærendo, interdicitur omnibus Sacerdotibus, ne poſt hac ſæcularium etiam Sacerdotum confeſſiones vllo pacto audiant, niſi ii, qui ab Illluſt. Arch. vel eius Generali Vicario, fuerint approbati: quibus minime liceat à caſibus Ordinario reſeruatis, etiam ſi excōmunicationem annexam non habeant aliquem abſoluere, niſi periculum mortis immineat, vel vrgens neceſſitas minime patiatur adiri Ordinarium, ad obtinendam abſoluendi facultatem; quam ſi quando obtinuerint Confeſſarii, ne exiſtiment illam ſe extendere ad omnia in foro conſcientiæ, ad quæ, in eodem foro ſe extendit Epiſcopalis iuriſdictio, ſed ad eos tantum caſus, & cenſuras, quos in ſpecie, & expreſſe ſibi reſeruauit Illuſt. ac Reu. Arch. vel iure eidem in ſpecie reſeruati cenſentur; nec ea in quocunque euentū vti poſſe, ſed tunc ſolum quando prædicti caſus, erunt adeo occulti, vt neque ad forum contentioſum deducti ſint, nec facile ad illum deduci poſſint; quare hoc pacto limitat licentias, & facultates huiuſmodi huc vſque conceſſas, & eodem modo intelligi vult concedendas in poſterum, Illuſt. Præſul. niſi aliud in ſpecie, & expreſſe conceſſerit: mandans omnibus confeſſariis abſoluentibus cum prædicta facultate, vt moneant pœnitentes, à ſe-

Sacerdotibus non approbatis, nullus etiam ſi ſacerdos ſit confiteatur.

Abſolutionē a reſeruatis non dandam.

Ad quę reſeruata & quando ſe extendat facultas abſoluendi ab illis.

Pœnitentes a reſeruatis abſoluti monendi.

tali

tali pacto abſolutos, nullo modo eis ſuffragari, huiuſmodi abſolutionem in foro externo, ſed ea minime obſtante poſſe de illo crimine cognoſci in foro contentioſo, ibique puniri, ſi forte ad eum deducatur. Qui vero præſumpſerint aliter abſoluere, etiam ſi regulares fuerint, meminerint ſe in excommunicationem, & alias grauiſſimas pęnas ipſo facto incidere, ex decreto ſacræ Congregationis, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & regularium præpoſitæ: & ad tollendũ, quodius errandi periculum, in omnibus Eccleſiis, affigatur tabella publice conſpicienda, in qua deſcripta ſint nomina confeſſariorum ab Ordinario approbatorum, prout præcipit Florentina Synodus & caſus Illuſt. & Reu. Arch. reſeruati.

Pœnæ abſoluentium à reſeruatis abſq; licentia.

Caſus reſeruati & nomina confeſſariorum publice affigātur.

*Trid. ſeſſ. 14 cap. 5. & 7. & cano. 9. Trid. ſeſſ 23. cap. 15. Conc. Flor Prou. Rub. 32. cap. 1. & 2. & Diæceſanum Anno 1610 de ſacram. pænit. Quaranta verbo caſus reſeruati pag. 162.*

§. 3. Qui audierint confeſſionem alicuius grauiter decumbentis, qui non fuerit ex ſua Parochia, ex præſcripto ſacræ Congregationis Cardinalium, illico parochum admoneant, vt reliqua ſacramenta conferre, & cætera parochialia munia obire poſſit; meminerintque omnes infirmorum confeſſiones audientes, ſibi eſſe prohibitum, quocumque modo ſe ingerere in confectione teſtamentorum, etiam occaſione piorum legatorum, & eleemoſinarum; ſed pœnitus arbitrio infirmi cuius confeſſionem audiunt, huiuſmodi negotium eſſe relinquendum, ſi ſine animæ diſcrimine fieri poterit, ſciantque ſe ipſo iure à confeſſionibus audiendis eſſe ſuſpenſos, ſi forte pęnitentem infirmum, ad legata ſibi, vel ſuis Eccleſiis, aut locis relinquenda, directe, vel indirecte perſuaſerint, vel perſuadere tentauerint, vt ſancitum fuit in ſuperiore Synodo diœceſana, ad quam relatio habeatur.

Confeſſarii ægrotorum moneant parochi.

Nec ſe ingerant in confectione teſtamentorum.

*Concil. Diæceſ. Flor. anno 1610 de ſacra. pænit.*

§. 4. Ad euitanda ſcandala, temporis, & loci ratio habeatur dum excipiuntur confeſſiones, quare ante ſolis ortum, & hora vigeſima quarta diei elapſa, mulieres ad confeſſionẽ non admittantur, niſi neceſſitate vrgente, atque ad audiendas mulierum confeſſiones, non quilibet locus Eccleſiæ eligatur, ſed qui facile omnibus pateat; in quo ſedes lignea ſit, tali pacto diſpoſita, vt inter mulierem, & Sacerdotem, tabula intercedat in qua feneſtella ſit, obducta lamina ſtam-

Quo loco quaue hora mulierum confeſſiones audiendæ.

nea, vel ferrea minutatim perforata, qui vero extra ſedes tali pacto diſpoſitas fęminarum confeſſiones exceperit, vel eas allocutus fuerit, grauiter ab Ordinario puniatur; tametſi non prohibeantur pia, honeſta, & conuenientia colloquia ab honeſtis mulieribus, in locis eccleſiæ patentibus cum confeſſariis, & aliis viris pie, ſanćteque viuentibus habenda.

*Conc. prou. Flor. Rub. 32. c. 3.*

Filiarum ſpiritualium familiaritas euitanda.

§. 5. Quantum fieri poteſt filiarum ſpiritualium familiaritates euitent confeſſarii, idq; facili negotio aſſequentur, ſi ad illarum domos nō accedant, niſi grauiſſima neceſſitate vrgente, & tunc aliquo pio, & honeſto viro aſſociati, ſi extra confeſſiones raro cum illis colloquantur, ſi in confeſſionibus colloquia minime neceſſaria reſecent, ſeueros potius, quam blandos ſe ſe illis exhibentes, ſi denique à munuſculis abſtineant, nec ſe propenſos oſtendant ad ea pertraćtanda negotia, quæ ad pęnitentiæ ſacramentum, vel diuinam gloriam promouendam minime pertinent. *Ad Galatas 3.*

Species cum numero dicendę in confeſſione mortalium.

§. 6. Caueant confeſſarii, ne dum nimiæ breuitati ſtudent audiendo confeſſiones, non inquirentes circumſtantias peccatoris, & peccati nec peccatorum numerum contra decreta PP. & certiſſima Theologorum placita, plures ligent, quam ſoluant, ſibique, & confitentibus damnationem afferāt, cum ex officio iudicis, quo funguntur teneantur curare, vt hoc ſacrum iudicium, quoad fieri poteſt integre fiat, cauſaque perfećte cognoſcatur, antequam proferatur ſententia: quod impoſſibile factū omnino eſt, ſi pęnitentes in ipſa ſui accuſatione, à Sacerdotibus importuna celeritate compulſi, mutilam, & mancam confeſſionem abſoluant, ſeu potius confuſionem vtriuſque dolendam inchoent; tametſi non reprehendimus prudentes ſacerdotes, qui nimias, curioſas, & omnino non neceſſarias omittunt interrogationes, prę[?]ertim audiendo confeſſiones puerorum, puellarum, rudium, ac ſimplicium hominum, nec percontantur paſſim de inuſitatis quibuſdam criminibus, a perditiſſimis tantum hominibus inuentis, ac committi ſolitis; ſed illud vrgemus, ne ſummatim, & in confuſo tantum audiantur peccata, abſque vlla, aut certe, abſque neceſſaria diſtinćtione ſpecierum, & ſine certo, aut veriſimili numero delićtorum; qui vero in hoc deliquerint, præter ęternę pęnę reatum, quem ob lethalem culpam incurrunt, eos ipſo facto ab audiendis con-

Curioſæ, & nimiæ interrogationes vitandæ.

Peccata ſacramentaliter non audiantur ſummatim & cōfuſæ.

feſſionibus,

feſſionibus ſuſpenſos eſſe decernimus, dummodo non ſemel, aut bis, ſed frequenter id facere ſoleant.

*C. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. Conc Trid ſeſſ. 14. C. 5. Theologi in 4. diſt 17. & 19. D. Thomas in 4 diſt. 20. in expoſitione textus. Nauarr. c. 5. n. 2. Sylueſter Verbo Confeſſ q 14. Suarez. tomo 4. in 3. par. diſp 32 ſect. 3.*

§. 7. Si pœnitentibus præſcribenda ſit, aliqua pecuniæ ſumma pauperibus eroganda in peccatorum ſuorum ſatiſfactionem, talem pecuniam, nullo pacto ſacerdotes confeſſarii ſibi, vel ſuis conſanguineis, neque ſuis eccleſiis dandam curent, ſed aliis Chriſti pauperibus erogari, vel in alia officia, & opera pietatis inſumi qui ſecus fecerint, duplum reſtituant, nec vllo pacto, dominium illius elemoſinæ acquirant ſibi, vel aliis, quacunque conſuetudine, vel priuilegio præter quam pontificio non obſtante: præter ea nec ſibi dari curent ſi quid eleemoſinæ cauſa pænitenti, erogandũ eſt, pro ſacris faciendis, vel cauſa reſtituendi pauperibus, cum verus domi nus ignoratur, contrafacientes pari pęna puniantur, vt ſic euitetur omnis auaritiæ ſuſpicio, & quod diximus de neceſſaria interrogatione facienda facilius exequatur. Monendo omnes Chriſti fideles ære, vel re aliena grauatos, eos minime ſatisfacturos, ſi ommiſſis certis rerum dominis, ea vel eorũ partem titulo elemoſinæ, ad ſuas leuandas conſcientias proprio dent confeſſario; quin potius onerant propriam, & confeſſarii conſcientiam committentis duplex interdum crimen, dum male conſulit, & iniuſte retinet alienum; quare neque hos confeſſarios à ſuperiori pęna immunes eſſe volumus; quin imo prçcipimus, vt poſtquam reſtituerint pęnitẽtibus, vel pęnitentium creditoribus, quicquid eo titulo ab illis acceperint, tantumdem elargiri teneantur pauperibus.

Confeſſariis non dentur elecmoſinæ in pauperes erogandæ.

Obnoxii reſtitutioni nõ liberantur, tantumdem dando confeſſariis, aut partem.

*Conc. Diœceſ. Flor anno 1610 de ſacram. pœnit. Conc. prou. Flor Rub. 32. cap. 7. Cap. ſicut dignum de homic. § eos inſuper.*

§. 8. Mandamus inſuper omnibus confeſſionum auditoribus, ſub pœna arbitrio Ordinarii moderanda, vt aliquam ſummam caſuum conſcientiæ apud ſe habeant, vulgarem vel latinam cui ſtudeant, & ſi quando contingant ſoluendi difficiles, & implexi conſcientiæ nodi, eos ne ſuo marte, & arbitratu ſecent, ſed grauiorum DD. ſententiis, & iudicio apte diſſoluant, caute, & abſque expreſſione perſonæ à prudentioribus requirendo conſilium: quibus etiam edicimus cum

In dificilioribus caſibus quid agendũ

Tri-

Tridentina Synodo, vt quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerint, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, cõuenientes ſatisfactiones iniungant, ne ſi forte peccatis cõniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur: Habeantque præ oculis, vt ſatisfactio quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicinam, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem; cum claues Sacerdotum, non ad ſoluendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres, & credant, & doceãt; quod ſi canones pœnitentiales ediſcant confeſſarii, vt in virtute ſanctæ obedientiæ, ab antiquis conſtitutionibus illis præcipitur (quamuis hoc onus in virtute ſanctæ obedientiæ illis amplius iniunctum eſſe nolumus) illoſque ſapienter, diſcreteque moderentur iuſta peccati circumſtantias, & contritionis quantitatem, hac in re nunquam, vel raro delinquent.

Satisfactiones appoſitę iniungendę.

*Conſtit. Antiquæ Flor. de pœnit. & remiſſ. cap 2. Trid. ſeſſ. 14. cap. 8.*

§. 9. Confeſſarios quoque, qui ſacramentaliter excepta peccata, ſigno, aut verbo prodiderint, quiue cũ iis, quorũ confeſſionem audiunt quicquã inhoneſte, turpiterue egerint, aut eos ad laſciuiã incitarint, vel inhoneſta perpetranda iiſdẽ ſuaſerint, illos beneficiis, officiiſq; priuatos, & à munere audiendarũ confeſſionũ eo ipſo ſuſpenſos perpetuiſq; addictos vinculis, cũ antiquis cõſtitutionibus ſancta Synodus declarauit.

Pœnæ reuelantium aut ſollicitantiũ in confeſſione.

*Cap Omnis vtriuſque de pœnitent & remiſſ. Conſtit Antiquę Flor. de pœnit & remiſſ. cap 2. Conc prou. Flor. rub. 32. c. 6.*

§. 10. Ad Sacerdotes in poſterum admittendos ad audiendas confeſſiones, nec non eligendos perpetuos, ſiue temporaneos alicuius Eccleſiæ curatæ vicarios, & ad recognoſcendas literas teſtimoniales, ſeù patentes alienigenarum clericorum in noſtra diœceſi ordines ſuſcipere, vel in ſuſceptis miniſtrare cupientium; & ad alia Illuſtriſſimi arbitrio: inſtituatur Congregatio ſeptenarium numerum minime excedens, partim ex ſacræ Theologiæ profeſſoribus, partim ex iuris vtriuſque peritis, ab Illuſtriſſimo Præſule eligendis, ac ſubinde pro ſuo arbitratu mutandis; ex quibus ſaltem vnus, ſemper manu propria, ſubſcribat literas patentes, vel decreta eiuſdem congregationis, antequam Ordinario confirmanda, ac proprio ſigillo munienda tradantur.

Congregatio de nouo inſtituta.

CAPVT

## CAPVT SEXTVM.

# *De Sacramento extremæ vnctionis.*

§. 1. AEQVM eſt doctrinæ de pœnitentia, adiungere quæ ad extremę vnctionis ſacramentum pertinent, cum nō modo pœnitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſumatiuum exiſtimatum ſit à Patribus; ac in primis illud omnibus curam habentibus animarum valde commendatum eſſe vehemente exoptat ſancta Synodus; ne tam ſalutaris animi & corporis medicina, à Domino inſtituta, aut negligenter ommittatur, aut indecenter adminiſtretur; cum aduerſarius noſter vehementer vires ſuas intendat, ad nos pœnitus perdendos, & à fiducia etiam ſi poſſet Diuinæ Miſericordię deturbandos, cum nobis imminere exitum vitæ perſpicit, in quo non nunquam actum omnino de nobis eſſet, niſi hæc Sancti Spiritus vnctio, delicta ſi quæ ſunt aduc expianda, ac peccati reliquias abſtergeret, & ægroti animam alleuaret, & confirmaret, magnã in eo Diuinæ Miſericordiæ fiduciã excitãdo, qua infirmus ſubleuetur, & morbi in commoda, & labores leuius ferat, ac dæmonũ incurſionibus facilius reſiſtat, bonamque corporis valetudinem vbi ſaluti animæ expedierit conſequatur. *Trid ſeſſ. 14. in proem. de hoc Sacram.*

Hoc Sacramentum diligenter miniſtrandum.

Effect⁹ huius Sacramenti.

§. 2. Eſt igitur tam ſalubre remedium iis præſertim, ac ſolummodo miniſtrandum, qui tam periculoſè decumbunt, vt in exitũ vitæ conſtituti videantur, quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius ſacramenti ſubſidio iuuari poterunt cum in aliud ſimile vitæ diſcirimen inciderint.

Quibus dandum hoc Sacramentum.

*Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. & 3.*

§. 3. Vetus Oleum, ſine cunctatione, poſtquam nouum benedictum fuerit, innouet parochus neque illo vtatur, niſi ante noui receptionem infirmos inũgere neceſſitate compellatur. curetque à præſcripto ritualis romani, ne minimum quidem vnguem in hoc adminiſtrando ſacramento diſcedere.

Olea ſacra renouanda.

§. 4. Si qua pars, ęgroto inungendo deerit, ex iis, quæ vngi ſacro oleo ſolent, pars illi propinquior liniatur, vnctio vero renum cum non ſit de ſubſtantia ſacramenti, in fœminis honeſtatis gratia omittatur: quod ſi quis in ipſa vnctione

Quæ partes vngendæ.

In dubio an ægrotus viuat quid agendum.

animam certo, & euidenter efflauerit, vlterius vngendo parochus non procedat, & vbi dubium extiterit, pergat adhibita conditione, videlicet ſi viuis per iſtam ſanctam vnctionem &c. nunquam vero permittat laicos ſacra olea, vel vaſa tangere, aut ęgrotorum partes oleo ſancto linitas abſtergere. *S. Thom. in 4. diſt. 23. q 2. art. 3. Sotus ibidem q 2 ar. 3. Vict. num. 223 Suar. 4. tomo diſp. 40 ſect. 2. Nauarr cap. 22. n. 13.*

§. 5. Solent infirmi non nunquam, poſtquam exeuntium ſacramentum recepere, aliquot diebus vitam protrahere multis, cum ſpiritualibus, tum corporalibus moleſtiis obnoxiam; quare parochi etiam non vocati, crebro, diu, noctuque ægrotos huiuſmodi inuiſant, piis colloquiis, & opportunis monitis, atque conſiliis eos adiuuent, recreent, & in bono confirment preces cum per ſe, tum per alios ad Deum fundendo continuas; cumque neceſſarium eſſe iudicauerint, eas orationes, quæ ad ægrotantium animas, Deo commendandas in exitu vitæ pertinent, omni cum pietate, & charitate recitent, omnique ſepoſita cura, id vnum agant, & moliantur, vt æger in fide firmus, & in gratia, ac plenus fiducia de Diuina Miſericordia, ex hac vita decedat; maxima cum peccatorum ſuorum deteſtatione, ex Diuina dilectione manante, memores illud eſſe momentum, ex quo pendet æternitas, & in quo paſtoris præſentia, plurimum indigent mœrentes ouiculæ.

Parochi frequenter inuiſant ægrotos in extremis laborantes.

Animæ commendatio.

## CAPVT SEPTIMVM.

## *De Sacramento Ordinis.*

§. 1. ADeo accurate complexa eſt Tridentina Synodus, quę ab Ordinario fieri debent, vt idonei tantum eligantur ad ordines ſuſcipiendos, vt enitendum ſolummodo ſit, vt ex eius præſcripto omnia fiant, ac præſertim, quæ cap. 5. optimo iure præcipit, videlicet, vt ad minores ordines promouendi, bonum à parocho, & à magiſtro ſcholæ in qua educantur teſtimonium habeant: illi vero, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem, Epiſcopum adeant, qui parocho, aut alteri cui magis expedire videbitur, demandet vt deſiderio, & nominibus eorum qui volunt promoueri, publice in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ethate, moribus, & vita, a fide

Quid faciendum ordines maiores recipere volentibus.

à fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales proprio iuramento munitas, (vt præſcribitur in antiquis conſtitutionibus), ipſam inquiſitionem diligenter factam continentes, ad ipſum Ordinarium quam primum mittat, ſciatque cui talis cura demandabitur ſe grauiſſimæ culpæ obnoxium futurum, ſi forte ob negligentiam in prædicta inquiſitione facienda, aliquem minus idoneum ad Eccleſię ordines promoueri contigerit.

*Trid. Concil. ſeſſ. 23. de reform. per totam. Synodus prou. Flor. Rub. 34. cap. 2. Conſt. Antiquæ Flor. in Rub. de ordine ſeruando in ordinandis Clericis cap. 1.*

§. 2. Diligenti examine probentur, qui aſſumendi erunt ad maiores ordines, & quidem Subdiaconatus, & Diaconatus ordine nullum inſigniri vult ſancta Synodus, qui in minoribus ordinibus iam probatus, ac literis, & iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent inſtructus non ſit. nec qui ſe continere Deo adiuuante non ſperat; ad Præsbiteratus ordinem ii tantum aſſumantur, qui non modo annum integrum ad minus, in diaconatu, (niſi ob Eccleſiæ neceſsitatem aliud Epiſcopo videretur) miniſtrauerit, ſed etiam ad populum docendum, ea quæ ſcire omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutẽ, ac miniſtrandã ſacramentã, diligenti examine præcedente comprobentur idonei; atque ita, pietate, ac caſtis moribus conſpicui, vt pręclarum bonorum operum exemplum, & ſanctioris vitæ monita ab eis expectari queant. Qui aſſumẽdi ſint ad maiores ordines & quam diligenter probandi.

*Conc. Trident ſeſſ. 23. cap. 13. & 14.*

§. 3. Qui propter aliquius Eccleſiæ neceſsitatẽ, non ſeruatis interſtitiis, cum diſpenſatione ſacris ordinibus inposterum inſigniri voluerint, idoneũ fideiuſſorem exhibeant Ordinario de inſeruiendo eidem Eccleſiæ, eo temporis ſpatio quo ſine diſpenſatione expectare eis neceſſe fuiſſet, ad ordines legitime ſuſcipiendos. Præterea volumus, vt qui ficto patrimonio, vel cum pactis, de non exigendis, eius fructibus, vel de eo reſtituendo, abſque licentia cum ſufficiens beneficium eccleſiaſticum adepti fuerint, maiores ordines aſſumpſerint, ipſo facto ſuſpenſionem a diuinis incurrant, ſęculares vero hęc ementita patrimonia conficientes, ſeu potius confingentes, eo ipſo excõmunicatione illuſtriſsimo Præſuli reſeruata innodentur manentibus in ſuo

Diſpẽſati ad ordines ſuſcipiendos ad quid teneantur.

Puniũtur clerici & ſeculares fingentes matrimoniũ.

robore etiam pœnis Antiquorum canonum a Concilio Tri dent. ſeſſ. 21. cap. 2. innouatis.

*C. neminem C. Sanctorum. 70. diſtinctio. C. tuis de Prabendis.*

§. 4. Antequam examen ordinandorum inchoetur, vult ſancta Synodus vt à Cancellario Illuſt. Arch. alta voce coram examinatoribus prędicta, legant, vt ſemper illis ob oculis obuerſentur, qui aſſumendi qui repellendi ſint, nec vlla legitima ignorantia, vel inaduertentia excuſari poſſint apud Deum, ſi vlla de cauſa, à Sanctæ Synodi præſcripto receſſerint.

Ante examẽ quid agẽdum

## CAPVT OCTAVVM.

## *De Sacramento Matrimonii.*

§. 1. INnumera propemodum commoda, ad chriſtianam ſocietatem peruenire neceſſe eſt, ſi fideles matrimonii ſanctitatem, præ oculis ſemper habentes, eam perpetuo inuiolatam ſeruarent, ſicut contrà, ea neglecta, vel ignorata, turbae plurimæ, calamitateſque permagnæ, in Eccleſiam importantur, qua propter ſacræ Tridetinæ Synodi veſtigiis inhęrentes, vt matrimonii libertati pro viribus faueamus, quod ipſa tẽporalibus Dominis, ac Magiſtratibus omnibus, cuiuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtentibus, ſub anathematis pœna, ipſo facto incurrenda præcipit, ne quouis modo directe, vel indirecte, ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant; hoc ipſum extendimus, ad omnes alios noſtræ iuriſdictioni, & ſpirituali curæ ſubiectos; volentes ab omnibus ſub eadem anathematis pœna inuiolabiliter cuſtodiri quam pœnam minime effugiẽt qui coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam ſolutam fœminã inuitam, ac reluctantem (præterquam in caſibus à iure expreſſis,) ad ingrediẽdum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem, quiuè conſilium, auxilium, vel fauorem ad hoc dederint, dummodo directe, vel indirecte aliquo modo lædant Matrimonii libertatem; quin potius duplici anathemate implicabuntur ipſo facto, noſtro videlicet, & Tridentini ſeſſione XXV. cap. XVIII. de regularibus, & monialibus.

Non impediẽda matrimoniorum libertas.

Pęnæ impediẽtiũ matrimonia.

*Cathe. Rom. de Sacram. Matrim. cap. 8. C. Cum locum C. requiſiuit*

*ſtuit. C. gemma deſponſali, & matrimonio. Conc. Trid ſeſſ. 24. de reform. matrim c. 9. Synod. prou. Flor. Rub. 35. cap. 8. Conſt. antiquæ Flor. c. 7. & 9. Conc. Trident. ſeſſ. 25. De Regula, & monial. cap. 18.*

§. 2. Quare Parochi cum admoniti fuerint de matrimonio, in ſuis parochiis contrahendo diligenter inquirant, vtrũ ſponte, libere ac ſecundum honeſtatem Sacramenti ſit contrahendum, deinde vtrum vir annum decimumquartum, mulier duodecimum expleuerint, & an fidei rudiméta nouerint; tandem ſi canonico aliquo impedimento obnoxii exiſtant; quæ impedimenta cum in duplici differentia ſint, ex probatis auctoribus dignoſcere diligenter curent, quæ matrimonia tm̃ impediãt, quæ vero inſuper dirimant cõtracta. Meminerintq; impedimentũ cognationis ſpiritualis, ex baptiſmo, & confirmatione procedens afficere ſolum baptizãtem, & confirmantẽ, baptizatũ, & confirmatũ, & horũ patres, & matres, ac rurſus ſuſceptores, & ſuſceptos, ac tenentes, & confirmatos, eorumq; patres, & matres; item impedimentum publicæ honeſtatis, vbi ſpõſalia inualida ſunt eſſe omnino ſublatũ, illis autẽ validis exiſtentibus, primum gradum non excedere: neque ſecundum, affinitatis impedimentum, ex fornicaria copula contractum: preterea inter raptorem, & raptam quamdiù ipſa in poteſtate raptoris erit nullũ poſſe cõſiſtere matrimonium: alienigenarum, & vagantium matrimoniis nullo pacto aſſiſtendum eſſe, niſi poſt diligentem inquiſitionem, & Ordinarii licentiam. Eunuchos etiam vtroque teſticulo carentes eſſe matrimonii incapaces, ac proinde irrita eſſe, matrimonia quę inierint; præterquã quod fuit cõmune ſemper Theologorum, & Iuris peritorum placitum, eſt hodie certiſſima, & indubitata ſententia quia Sixtus V. Pont. Max. Romæ apud Sanctum Marcum, die XXVII. Iunii Anno MDLXXXVII. pontificatus ſui III. quaſdam literas edidit in forma breuis, & Epiſcopo Nouarienſi Sedis Apoſtolicæ Nuntio in Regno Hiſpaniarum tranſmiſit, quas referunt multi, & graues doctores; quarum verba hoc decidentia, & confirmantia ſunt huiuſmodi; *Committimus fraternitati tuæ, & mandamus, vt coniugia per dictos, & alios quoſcumque Eunucos, & Spadones vtroque teſte carentes, cum quibuslibet mulieribus, defectum prædictum, ſiue ignorantibus, ſiue ſcientibus contrahi prohibeas. Eoſque ad matrimonia contrahenda inhabiles authoritate noſtra*

Quid agendũ eſt Parochis monitis de matrimonio contrahendo.

Non aſsiſtendum matrimoniis vagantiũ niſi de licentia.

Omnino Eunuchi invali de contrahunt.

Verba decreti Sixti Quinti.

*declares & tam locorum Ordinariis, ne huiuſmodi coniunctiones de cætero fieri quoquomodo permittant interdicas, quam eos etiā qui ſic de facto contraxerint ſeparari cures & Matrimonia ipſa ſic de facto contracta nulla, irrita & inualida eſſe decernas.*

*Conc Trid. ſeſſ. 24 de reformat. Matrim cap. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 24 de refor. matrimon c 3. 4. 6. & 7. Conc. Florent. prou. Rub. 35 cap. 5. Synod. Diœceſ. anno 1610. de ſacr. Matrim. D. Thomas in 4 diſt 34 in expoſit literæ. Ioannes Gutiers lib. 1. Can. q. q c 16. num. 18. Petrus de Ledeſma de Matrimo. q. 58. art. 1. § in hac difficultate. Thomas Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp 92. n. 17. Stephanus Quaranta in ſuo bullario verbo Matrimonii impedimenta.*

Denuntiationes quando faciendæ.

Denuntiationes aliquando repetēdæ.

§. 3. Antequam matrimonia contrahantur, à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus feſtis, in Eccleſia intra miſſarum ſolemnia publice denuncientur matrimonium contrahere volentes, quæ denuntiationes nullo pacto fiant à parochis, niſi prius de vtriuſque contrahentis, libero conſenſu ſibi plene, & integre conſtet, qui vero omiſſa hac diligentia denuntiationes fecerit, vnam, vel plures, pecuniariis pœnis erit obnoxius; ſi vero infra duos menſes poſt factas denuntiationes matrimonium non ſequatur, repetantur denuntiationes, niſi aliter Ordinarius iudicauerit.

*Rituale Rom. de ſacram. matr. Trid ſeſſ. 24. de refor. matr. c. 16.*

Poſt vltimā denuntiationem non differatur anuli traditio.

Quæ perſonæ benedicēdæ.

§. 4. Et ſi non debeant ipſa die, qua vltima facta fuerit denuntiatio matrimonia celebrari, niſi de conſenſu Ordinarii, vel niſi ea denuntiatio fiat die præcedente Domini Aduentū, aut feria tertia poſt dominicā quinquageſimæ, monito prius populo ea die matrimonium fore celebrandum, cum ſecundo denuntiat; ęqum non eſſet, niſi ad ſummum per quindecim dies poſt vltimā denuntiationem, ſponſos differre matrimonii celebrationem per verba de pręſenti; qua peracta ſtatim benedictio coniugibus detur iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum, qui vero malitioſe curauerint huiuſmodi benedictionem differri, ſeuere puniantur; quæ benedictio in primis nuptiis tantum danda eſt, in ſecundis autem minime; quod ſi alicubi receptum ſit eas nuptias benedici, vbi mulier primo nubit, non autem vir, benedicantur; dummodo nunquam viduarum nuptiis, etiam ſi vir numquam nupſerit, talis benedictio tribuatur.

*C. 1. & C. Vir de ſecundis nuptiis. Rituale Rom. de Matrimonio.*

§. 5.

§. 5. Quamuis ſponſalia, & matrimonia omni tempore contrahi poſſint, nihilominus eorum ſolemnitates, vt nuptias benedicere, ſponſam cum pompa traducere, ac nuptialia exhiberè conuiuia, prohibitæ ſunt à prima Dominica Aduentus vſque ad Epiphaniam, & a feria quarta cinerum vſque ad octauam Paſchæ incluſiue, in aliis vero temporibus curent omnes, ea, qua chriſtianos decet modeſtia, & honeſtate nuptias facere; res enim ſancta eſt matrimonium, & ſancte tractanda reiecta prorſus quacunque ſuperſtioſa, ac ſcurrili, & inhoneſta actione. Sancte & honeſte contrahantur matrimonia.

*Trid. ſeſſ 24. de refor. Matrim. c 10. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp 7.*

§. 6. Tandem adnotet diligenter in codice parochi coniugum, ac teſtium nomina, locum, diem, & annum contracti matrimonii, & inſuper nomen parochi, vel alterius ſacerdotis, qui tanquam legitimus, ac requiſitus teſtis à Tridentino adfuit, ſponſoſque coniunxit, ac ſingulis annis circa feſtū ſancti Ioannis Baptiſtæ, notam matrimoniorum eo anno cō tractorum, ad Illuſtriſſimi Præſulis curiam mittant in Archiepiſcopali archiuio aſſeruandam; qui negligentes fuerint Ordinarii arbitrio puniantur. Cæterum in celebrandis matrimoniis, à concilii Tridentini præſcripto, & regulis in rituali Romano traditis minime recedant, niſi grauiter puniri velint. Nomina cōtrahentium & teſtiumno tanda & trāſ mittenda ad Curiam.

## CAPVT NONVM.

## *De Sacramentalibus.*

§. 1. SAcræ cęremonię, quę ex poteſtate à Chriſto Domino Eccleſiæ collata, inſtitutę fuerunt partim ab Apoſtolis, partim ab eorum ſucceſſoribus Pontificibus, & Epiſcopis, ab omnibus fidelibus, ſed præcipue ab eiuſdem Eccleſiæ miniſtris, magni fieri debent, tum quia earum vſus ad Dei cultum ſaltem ſecundario pertinet, tum quia, ipſi Eccleſię, ac fidelibus ingentes afferunt vtilitates; primo enim conferunt, vt ipſa ſacramenta debito honore tractentur, & in maiori reuerentia, & æſtimatione habeantur; ſecundo ad maiorē quamdam intelligentiam, & memoriam myſteriorum Dei; tertio ad diſtinguendos fideles ab infidelibus, & Eccleſiæ vnitatem com- Quid conſerant fidelibus ſacræ cęremonię.

commendandam; denique ad augendam, & conſeruandam pietaté, deuotionemq; fidelium, dum ex ſacrarum ceremoniarum apparatù, ac ſignificatione eleuatur animus ad cogitanda diuina myſteria, & ad ea beneficia à diuina bonitate impetranda, ad quæ per Eccleſiæ orationem, aliqua ſacramentalia, in ſua benedictione ordinantur, ſi pie, & deuote in eundem finem à fidelibus adhibeantur.

*Conc. Trid. ſeſſ. 7. Canone 13. Bellarm. lib. 2. de Sacram. in genere cap. 29. Suares in 3. par. D. Thomm. tomo 3. tota diſp. 15.*

**Nullus exorcizandi officium ſibi aſſumat.**

**Reuocantur licentię exorcizandi.**

**Examinētur exorcizzare volentes.**

**A quo principaliter pendeat effectus exorciſmi.**

**Multum valet probitas miniſtri.**

§. 2. Nulli ergo clerico ſęculari, vel regulari liceat in poſterum energumenis exorciſmos adhibere, niſi de licentia Ordinarii in ſcriptis habita, ac ſumma cum reuerentia, & pietate in Eccleſiis, ſeu ſaltem coram pluribus honeſtis perſonis deuote, ac pie orantibus; tranſgreſſores præter excommunicationem, quam volumus ipſo facto incurrere, carcere, aliiſque arbitrariis pęnis puniantur; Reuocantes caſſantes, & annullantes, quaſcunque licentias huc vſque conceſſas; omnibus prohibendo, ne abſque noua facultate tali munere fungantur, quæ licentia cum delectù, & examine præmiſſo de vita, & moribus, de doctrina, de prudentia, & peritia in exorcizzante requiſita, & quod caput eſt de pietate, & virtutibus eius qui talem facultatem petit, concedatur dumtaxat; cum adeo magna ſit dęmonum calliditas, atque verſutia, vt eorum aliquod genus, non niſi in oratione, & ieiunio eiiciatur, & licet concedamus effectum exorciſmi principaliter non dependere à ſanctitate miniſtri, ſed à Poteſtate ſpeciali à Chriſto Domino Eccleſiæ data ad imperandum dęmonibus, qui ex ipſius Chriſti voluntate obedire coguntur, & à *vi impetrandi* in Eccleſiæ ſanctitate fundata, in cuius perſona miniſter orat, atque à connaturali quadam virtute, & efficacia (ſuppoſitis fidei noſtræ myſteriis), in Crucis, ſigno, & nominis I E S V inuocatione latente, quam dęmones vel inuiti agnoſcentes, ac per huiuſmodi ſignum ſe ſuperatos intelligentes, eo viſo, & Chriſti nomine audito, naturaliter quodammodo perhorreſcunt, torquentur, ac confunduntur; nihilominus rectū exorcizandi vſum, multum pendere à bonitate miniſtri credimus, & ab eadem ne plurima ſcandala, in Eccleſia Dei oriantur impediri poſſe confidimus, maxime ſer-

ſeruatis ad vnguem regulis in Rituali romano traditis de exorcizandis obſeſsis.

*Conc. prou. Flor. Rub. 7. c. 3. Synod diœceſ. Flor. anno 1610. de reſid. & cura anima. Rituale Rom. de exorcizzandis à Paulo V. editum. Marc. c. 9. Suares in 3. p. D. Thom. tomo 3. diſp. 15. ſect. 4. §. ſed adhuc. Rituale Romanum à Paulo Quinto editũ.*

# TITVLVS TERTIVS.

## *De celebratione Miſſarum.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De Miniſtris.*

QVONIAM à Sacerdotibus in diuino Miſſæ myſterio incruenter offertur, eadem hoſtia quæ ſemel à Chriſto in ara Crucis Aeterno Patri, pro nobis oblata fuit, quanta cura adhibenda ſit, vt tantum ſacrificium omni religionis cultù, & veneratione Deo viuenti offeratur, quiuis exiſtimare poterit, qui cogitauerit maledictum eſſe hominem facientem opus Dei negligenter; Quare cum neceſſario fateri omnes omnino debeãt, nullum aliud opus adeo ſanctum, ac diuinum à Chriſti fidelibus tractari poſſe, quam hoc ipſum tremendum myſterium, ſtatim apparet omnem operam, ac diligentiam in eo ponendam eſſe, vt quanta maxime fieri poteſt cordis munditia, & puritate, atque exterioris deuotionis, ac pietatis ſpecie peragatur.

*Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. primo de celebratione miſſarum. Hierem. 48.*

§. 2. Sacerdotes igitur, qui publice, & notiore criminoſi fuerint, a ſacro altari omnino repellantur, niſi reſipuerint, ac celerum maculas, ſerio eluere, aggrediantur. Præterea nullus Sacerdos ſibi lethalis culpę conſcius quantumuis, ſe contritum exiſtimet, etiam ſi ex officio celebrare debeat, ſine ſa- Expelluntur ab altari ſacerdotes criminoſi.

 cra-

cramentali confeſſione, & abſolutione ſacrificare præſumat, modo copia confeſſarii adſit, & vrgens neceſſitas, & graue ſcandalum minime immineat; quo casu poſtquam veram peccatorum contritionem comparauerit ſacrum facere poterit; eoque peracto quamprimum ſacra peccatorum accuſatione emundet à ſordibus animum, idque ſaltem ſingulis hebdomadis fieri conuenit, quo puriores ad rem diuinam accedant Sacerdotes, niſi eos mortalis peccati conſcios crebrius id facere oporteat, ſupra modum cauentes ne indigne ſacrificando Dominici Sanguinis, & Corporis rei, iudicium ſibi manducent, & bibant.

In gratia offerendum miſſę ſacrificium.

*Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. C. Sacerdos. C. Sacroſancta. 1. q. 1. C. quotidie de conſecr. diſt. 2. Paul. ad Corint. 11.*

§. 3. Omnes antequam celebrent colligant ſeſe aliquantulum, & orantes mentem, animumq; in tanti myſterii meditatione defigant; præceſq; ex romano miſſali ante ſacrum recitandas Deo fundant, præſertim quando ſacris veſtibus induti ſibi aliquam moram facere contigerit, quo tempore per ſacriſtiam ambulare, ad ignem accedere, ſermones miſcere, vel loquentibus aures dare omnino prohibemus, ac multo magis iurgare, contendere, iraſci; volentes Sacerdotes tunc temporis, vel genuflexos, vel ſtantes oculis, cæteriſque corporis ſenſibus ab omnibus quibus diſtrahi poſſent amotis, Chriſtum paſſum ab illis immolandum auribus cordis audire dicentem; diſcite à me, qui mitis ſum, & humilis corde, qui calamum quaſſatum non contriui, & linum fumigans non extinſi, neque triſtis fui, aut turbulentus, ſed tanquam agnus ad occiſionem ductus, non modo coram tondentibus, ſed coram dilaniantibus, & dire occidentibus obmutui, nec os meum licet diuinum aperui.

Sacerdotes ſacrificaturi deuote ſe preparent.

*Matt. 11 Iſaia c. 42. & c. 53. Synod. prou. Flor. rub. 18. cap. 4.*

§. 4. Ad Altare, non accedant ſacerdotes antequam miſſam inuenerint, ac perlegerint, ſingulaſque eius partes ita notauerint, vt poſtmodum eis neque errare, neque hærere contingat, & hæc facientes conceſſam indulgentiam lucrifaciant; cęremonię, in huius incruenti ſacrificii oblatione à Sancta Romana Eccleſia inſtitutæ adamuſſim ſeruentur, neque addantur, aut omittantur ad libitum; quare omnes perlegant rubricas in nouo miſſali appoſitas, & ex illarum præſcripto miſſæ cæremonias exequantur, quicunque

Prælegatur Miſſa.

Rubricæ noui miſſalis perlegendæ & ex earum præſcripto celebrandum.

eo vtuntur, officiumque diuinũ, à romana curia dici ſolitum recitant; ſciantque, poſt tres menſes à die publicationis huius Synodi, trium aureorum pęnam daturos ſacerdotes quoties celebrando à dictis rubricis receſſerint, quorum duo delatori dabuntur, vnum pauperibus.

*Synod. prou Flor. rub. 18. cap. 3. Conſtit. antiquæ. Florent. de celebrat Miſſ. cap. 2.*

§. 5. Operto capite, vel cum pileolis, & ſubirettis, ſub pœna duorum aureorum in publico nemo celebret; in decoros, & abſurdos capitis, oris, ac reliqui corporis motus omnes euitent; neque celerius, neque tardius quam par ſit, verba proferant, ceremonias faciant, totumque ſacrificium peragant; diſtincte clara, & alta voce pronuntient, quæ ab omnibus audiri, ſecrete vero quæ à Sacerdote tantum percipi debent; priuatas miſſas canendo ne dicant, neque memoriter ad euitandos errores, qui licet in qualibet miſſæ parte graues ſint, in canone grauiores ſunt, in ipſa verò conſecratione grauiſsimi: Nullus autem audeat pluries eadem die ſacrificare, excepta die Natalis Domini, & caſibus à iure, & doctoribus exceptis: qui ſecus fecerint grauiſsimis pœnis afficiantur, etiam triremium per quinquennium incluſiue.

**Nuda ceruice celebrandum.**

**Deuote & attente dicātur miſſæ.**

**Semel in die ſacrificandū.**

*C. Nullus il 3. de conſecr. diſt. prima. Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. & cano. 9. Cap. ſufficit de conſ. diſt. 1.*

§. 6. Sacrum facturi talarem veſtem gerant, tonſuramque conſpicuam, & decentem, piloſque ſuperioris labri adeo breues, & inciſos, vt Chriſti ſanguinem ebibentes in eum vllo pacto illos intingant; ad altare accedentes, vel ab eo recedentes, operto capite, demiſſis oculis, erecto corpore, inceſſū graui, & modeſto gradiātur ſacerdotes, miniſtro præeunte talari veſte, ac ſuperpelliceo induto, qui plebem populumque ſubmoueat.

**Quomodo accedendum ad altare.**

§. 7. Peracto ſacrificio iterum ſe colligant ſacerdotes, Deoque debitas gratias agant, nec vllo pacto dum ſacris veſtibus exuuntur colloquantur, rideant, aut quicquam agant ab illo tempore alienum, qui ſecus fecerint arbitrio puniantur, ac ſimiles pœnas luant, qui in medio altari memoriter dicendo poſtcõmunionem, vel vltimum Euangelium calicem abſtergunt, corporalia plicant, purificatoria & linteola colligunt, candelas reſtinguunt, aut extingui permittunt, & ſimilia agunt tanto ſacrificio indigniſſima.

**Poſt miſſam gratiæ Deo agantur.**

**In medio altari plicando calicem non dicatur poſt comunio.**

§. 8. Vbi, à Sacerdotibus certus, ac præfinitus numerus miſſarum, in ſingulis menſibus, vel annis celebrandus eſt, habeatur liber in quo diligenter adnotentur, qui ſuo muneri ſatisfaciunt, qui ſecus hoc modo, vt redeunte ab altari Sacerdote ſtatim ſua manù ſcribat, in prædicto codice ſe ſacrum tali die ac loco feciſſe &c. ſinguli autem curent ſuis obligationibus integre ſatisfacere, & quidem per ſe ipſos non per ſubſtitutos, niſi legitime fuerint impediti, vel acceperint ab Ordinario facultatem, aut inſtitutor aliter diſpoſuerit.

In libro notentur ſuis obligationib. ſatisfacientes

§. 9. Miniſtrantes Sacerdotibus, & ſi omnes minores aliquo ordine, aut ſaltem prima tonſura inſigniti eſſe deberent, talarem habitum nec lacerum, nec ſordidum, ſuperpelliceum ferentes: poterunt aliquando etiam pii, ac deuoti laici ſacrum facturo inſeruire, dummodo veſtes, & pallium habeant, nec ſciſſas, nec immundas, ſolutique ſint, qui enim matrimonii vinculo ſunt aſtricti, rariſſime eos altari miniſtrare conuenit; præſertim cum id Sacerdoti, & circumſtantibus notum eſt. Porro miniſtrantes Sacerdotibus non ſtantes, niſi quando opus fuerit, ſed genuflexi aſſiſtant, modeſti, quieti, ac deuoti, non circumſpicientes, neque in omnem partem ſe verſantes, aut per Eccleſiam diſcurrentes, ſeu tintinnabulum crebrius, vel celerius, quam par eſt pulſantes, vel candelas tunc temporis venditantes, & alia ſimilia agentes, quæ Sacerdoti mentis diſtractionem, & circumſtantibus ſcandalum afferunt; Clerici qui in hoc deliquerint, à ludi magiſtro, vel Sacriſta puniantur à quibus etiam ceremonias recte peragere, & ſacro deuote, inſeruire doceantur; & nihil ſuper altare ponant, præter miſſale puluinum, vrceolos, ac linteolum, & campanulam, quod ſi quid aliud appoſitum ſit, ſacerdos illico amoueri curet, quapropter ibidem ipſe ne collocet quadratum pileum, pileolum, chirotecas, ſudariolum, & ſimilia.

Qui debeant miniſtrare & qualem habitum habere.

Modeſti & deuoti aſsiſtant ſacerdoti ſacrificanti.

Nil ſuper altare ponendũ

§. 10. Peregrini Sacerdotes, vel diœceſis alienę, qui ante publicationem huius Synodi ad inſeruiendum alicui pio loco ab Ordinario deputati non fuerint, nullo pacto celebrare poſſint in diœceſi, noſtra, niſi ſeruatis quę prouincialis Florentina Synodus, de huiuſmodi Clericis edixit Tridentini decretis inhærens, quare exceptis regularibus, titularibus, & aliis clericis noſtrę diœceſis, omnes omnino licentias celebrandi miſſas aliis, quomodocumque conceſſas, caſſamus, &

Sacerdotes peregrini ne celebrent abſq; licentia.

irri-

irritamus, nec niſi ad menſem eas, in poſterum concedi volumus, declarantes ad longius tempus conceſſas nullius roboris futuras, niſi expreſſe huic decreto derogetur; qui vero abſque licentia ſacrificare pręſumpſerit carcere puniatur.

*Reuocantur licentiæ.*

*Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 16. de reform. Prou. Flor. Synod. Rub. 18. cap. 2.*

§. 11. Nullus recenter in Sacerdotem ordinatus, audeat, in poſterũ, priuatim, aut publice celebrare (alioquin per annũ ſacrificare nequeat) niſi prius fidem alicuius Sacerdotis à Congregatione deſignandi eidem Congregationi de qua ſupra titulo 2. cap. 5. §. 10. exhibuerit, ex quo teſtimonio, euidenter conſtet illum miſſę cęremonias ex præſcripto noui miſſalis abſque errore exercere, & eiuſdem rubricas optime noſſe, conſcientiã huiuſmodi fidem facientis onerantes.

*Sacerdotes noui abſq; debita licentia ne ſacrificent.*

§. 12. Cũ Paulus dicat *exhortamur vos, ne in vacuum gratiã Dei recipiatis*, Singuli Sacerdotes, & ſi curati non ſint, ter ſaltem aut quater in anno, ſacrificent, quia contrarium vix ſine magno ſcandalo fieri poteſt, cum diuturna ſacrificii omiſſio ſpiritualis prodigalitas cenſeatur, ac prauæ cõſcientiæ, & deperditæ vitæ teſtimoniũ. Paſtores autẽ ſeu Parochi vrbani ne dum dominicis, & cęteris feſtis diebus, ſed etiam bis in hebdomada, vel eo ſæpius, quo loci cõſuetudo vel neceſſitas poſtulabit, in parochiali Eccleſia per ſe ipſos celebrent.

*Quoties debeant ſacrificare ſacerdotes curati, & non curati.*

*Paul. 2. ad Cor. cap. 6. C. Dolentes de Celebrat. miſſ. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. D. Tho. 3. par. q. 82. art. 10 Suarez ibidem diſp. 80. ſect. 5. Nauarr. cap. 25. n. 88. Synodus Piſana edita anno 1616. tit. 6. cap. 6.*

## CAPVT SECVNDVM.

## *De Altari, Sacris Veſtibus, & aliis ad ſacrificium peragendum requiſitis.*

ANtequam miniſter candelas accenderit, miſſale, vrceolos, & alia ad miſſę miniſterium requiſita ſuis locis in altari diſpoſuerit, nullo modo Sacerdos miſſam incohet, idemque caueat ne in miſſali vlla pars canonis, etiam minima deſideretur, illudque nec ſit lacerum, attritum, aut ex veteribus, ſed ex recenter impreſſis, cuius folia apte compoſita, & colligata ſint.

*Quando incohãda miſſa. Miſſalia qualia eſſe debeant.*

§. 2.

§. 2. Calices ex metalli genere, iure permiſſo tantum ſint, eoq; pretioſiori, quo per facultates licuerit: Sacerdotes vero qui calicibus fractis, aut ærugine in eis obducta, immundiſue celebrauerint, quoties id fecerint tres aureos ſoluent, & ſi fractura ideo notabilis erit, vt facile ſanguis effluere, & effundi poſſit, decem, cuius pœnę dimidium delatori dabitur, reliquum in ſacris vaſibus ſarciendis, vel comparandis, & eiuſdem Eccleſiæ commodum impendi volumus.

Calices ex qua materia & quales.

*Conſtit. Antiquæ Flor. de celebrat. miſſ. c. 8.*

§. 3. Qui ſuper altare execratum eo quod ſit notabiliter fractum, vel quia conſecrationis ſigillum amiſerit, aut per ipſius ſigilli effractionem, vel quia à proprio loco amotum fuerit, ſacrum fecerit, quinque aureos ſoluet, ac totidem is, qui abſque debito mapparum numero ſacrificium offeret, applicandos vt ſupra.

Ne celebret ſuper altare execratum.

§. 4. Cum nimis abſurdum ſit in ſacris ſordes negligere, quæ in profanis etiam dedecent, pręcipimus, vt ornamenta altaris, ſacræ veſtes, ac cętera ad miſſæ ſacrificium requiſita, munda ſint, qui vero amictù, alba ſtola, manipulo, cingulo, caſula, diſruptis, laceris, immundiſue vſi fuerint tres aureos ſoluent, quinque vero, qui purificatoriis, pallis, & corporalibus ſordibus infectis, & immundis, ſciantque graue crimen admittere non ſolum contra canonicum, ſed etiam contra ius naturale, qui in re adeo graui, negligentes ſunt: pœnę autem impoſitæ in bonum Eccleſiæ ſacerdotis deliquentis, vel alterius ad libitum ſuperioris conuertantur. Vtantur etiam ſacerdotes veſtibus illius coloris, quem eccleſia pro temporũ varietate requirit, ne aliquando contingat albis, aut rubeis, indumentis miſſam de requie dicere, vel è contra. Inſuper ſacram ſupellectilem nullo modo relinquant ſacerdotes in ruſticorum domibus ab eiſdem cuſtodiendam.

Mundę ſint ſacerdotales veſtes & altaris ornamenta.

Colores ſacrarum veſtiũ congruant miſſę dicẽdæ.

In Domibus ruſticorũ non relinquenda ſacra ſupellex.

*Cap. relinqui de cuſtodia Eucharistiæ. Caiet. in ſumma Verbo Miſſę celebra. peccata. Syluester verbo Vaſa.*

## CAPVT TERTIVM.

### *De loco, & Tempore.*

Extra oratoria deſignata minime celebrandum.

EXtra Eccleſiam, vel Oratoria ab Illuſt. Arch. deſignata, & ab ipſo, vel ab alio ex eius mandato inſpecta, & benedicta,

ſedicta, nullus ſęcularis, aut regularis ſacerdos celebrare audeat, prohibendo in Oratoriis publicis, ſeù priuatis infra limites alterius parrochiæ exiſtentibus, pulſare campanas ad conuocandum populum, feſta enunciare, oblationes recipere, candelas vendere, ſacramenta conferre, vel aliud facere in Eccleſiæ parrochialis præiudicium; niſi aliquod ſpeciale ius obſtet; contrafacientes ad ſoluendos decem aureos condemnamus, & ad reſtituenda emolumenta inde percepta rectori parrochię; tametſi concedimus Oratoriorum dominis, & eorum domeſticis famulis vt in iiſdem locis ſua peccata confiteantur ſacerdoti ab Ordinario approbato, vtque ab eo, vel ab alio inibi celebrante Euchariſtiam recipiant, de licentia parrochorum.

Quædam fieri prohibita in Oratoriis.

De licentia parochi miniſtrentur ſacramenta in Oratoriis.

*Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſer. & euit. in celebrat. Miſſæ. Conſtitut. Antiquæ de celebratione Miſſ. cap. 11 & 9. Concil. Diœceſ. Flor anno 1610. de celebratione Miſſ.*

§. 2. In Eccleſiis monialiũ nullus deinceps ſacrum faciat, niſi ſit confeſſarius ordinarius, vel extraordinarius, vel cappellanus ex licentia Ordinarii deputatus ad inſeruiendum eidem Eccleſiæ, vel cum facultate gubernatoris, aut confeſſarii ordinarii vocatus, qui contrafecerit ſit ipſo facto per menſem ſuſpenſus à faciendo ſacro tum ibi, tum alibi.

*Vide inferius titu. 14 c. 6. §. 10.*

§. 3. In confraternitatibus, & ſocietatibus ruralium laicorum quocunque nomine nuncupatis, diebus feſtis, ac dominicis miſſę ne dicantur abſque licentia Ordinarii ante quam parrochus ſuo in tẽplo miſſam abſoluerit, ſub pœnis à prouinciali Flor. Synodo decretis. In ſocietatibus, & ſimilibus locis ſitis in Oppidis, Caſtris, Vrbibus, aut alibi, nec non in Oratoriis priuatis vbicumque exiſtentibus, feria ſexta, & Sabbato maioris hebdomadæ eadem licentia minime obtenta, nullus audeat mane celebrare vlla diuina, & ſacra officia, quacunq; conſuetudine, vel priuilegio præterquam Pontificio minime obſtante, quod ſi quis in aliquo loco ex dictis temerario auſu vetita officia celebrauerit, ſit ipſo iure ſuſpenſus, & locus generali ſuppoſitus interdicto.

Nullus celebret in Eccleſiis monialiũ abſque licentia.

In confraternitatibus quando dicenda miſſa.

Feria ſexta & Sabato maioris hebdomadæ ne celebretur in ſacellis & ſocietatibus.

*Synod prou Flor. rub. 18. cap. 5. Conſt. antiquæ de feſt. dier. obſer. cap. 7.*

§. 4. Miſſæ ſacrum nec ante auroram, neque poſt meridiem abſque priuilegio fiat.

*Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decr. de celeb. miſſ. Conc. Prou. Fl. rub. 1. cap. 7. D. Th. 3 p q. 83. art. 2. ad 3. & in 4. diſt 13 q. 1. art. 2. quæſtiunc 4.*

§. 5. Prætereà quia in pluribus Orbis partibus veluti in noſtra diœceſi, conſuetudo viget, ne plura ſacra fiant in eodem templo feria quinta, & Sabbato maioris hebdomadæ, neque contrarium publice abſque ſcandalo inibi fieri poſſit. Edicimus ne publice plura ſacrificia in eadem Eccleſia offerantur prædictis diebus, exceptis inſignioribus aliquibus templis, cum vrbanis, tum ruralibus, vel quo maxima populi multitudo confluit ad audienda Diuina, quia in huiuſmodi locis, facultatem concedimus feria quinta dumtaxat, non Sabbato, bis in eadem die publice celebrandi, ſemel videlicet ſummo mane, atque iterum tardius hora conſueta eiuſdem diei: per hæc tamen minime prohibetur quin Regulares in ſacellis intra clauſtra ſuorum cenobiorum exiſtentibus, & ſæculares ſacerdotes remotis arbitris, & omnino priuatim ex deuotione celebrent, præſertim feria quinta iuxta varia indulta regularium Ordinum & probabiles auctorum ſententias.

Feria 5. & ſabbato Sancto pluries in eadem Eccleſia ne celebretur

*Cap. Sabbato de Conſecrat. diſt. 3. Suares in 3. part. D. Thom. tomo 3. diſp. 80 ſect. 2.*

## CAPVT QVARTVM.

## *De Miſsis Votiuis.*

DIes Sabbati miſſa de Beata Virgine dicatur, niſi temporis ſolemnitas, vel Eccleſię rubricæ, laudabileque inſtitutum aliud requirant, quo caſu eius commemoratio fiat, niſi id etiam Eccleſię præſcripto prohibeatur, aliis diebus præſertim, cum officium dupplex dixerint ſacerdotes non niſi ex magna, & grauiſſima cauſa propria miſſa relicta votiuam ad libitum dicant; ſed miſſas ſingulis diebus aſſignatas ex Eccleſiæ inſtituto, vt plurimum celebrent ſub pœna arbitrii; vt hoc pacto abuſus, qui nimis inualuit miſſas currentes omittendi, & ad libitum alias ſubrogandi contra rubricas, præſertim in Eccleſiis monialium omnino exterminetur, in quarum templis ſi quæ miſſæ votiuæ dicendæ ex deuotione monialiũ occurrant, eę non dicantur quando fit officium duplex vllo modo, ſub eadem arbitrii pœna, tum ſacerdoti, tum monialibus imponenda.

Miſſę votiuæ paſsim ne dicantur.

§. 2.

§. 2. Nullus ſacerdos, plures tribus, vel ad ſummum quinque raro ſeptem orationes ſacrificãdo dicat, niſi quando aliud ritus Eccleſiaſticus poſtulet, quæ non ſecundum cuiuſcunque voluntatem dicantur: ſed pro vt miſſali noui rubricę, ac regulæ à Sancta Romana Eccleſia confirmatę depoſcunt.

Numerus orationum non augendus ad libitum.

§. 3. Miſſæ votiuæ, vel anniuerſaria defunctorum officia, in eccleſiis extra vrbem exiſtentibus, nullo pacto celebrentur diebus Dominicis, & aliis feſtiuis diebus, neque à Dominica paſſionis vſque ad octauam Reſurrectionis (cum deceat ſacris hiſce diebus rectores ouium ſuarum curæ intendere) accedant parrochi ad alienas eccleſias, ad prædicta officia, vel miſſas decantandas, niſi in proprio templo alium Sacerdotem reliquerint, qui vices eorum expleat ſub pœna trium aureorum.

Aliquibus diebus anniuerſaria vel miſſæ votiuę ne dicantur.

*Conſt. Antiquę de calebrat. miſſarum cap. 4. & 5. Synod. Prou Flor. Rub. 28 cap. 8. Synod. Diæc Flor de celebr miſſ. anno 1610*

§. 4. Ad abolendam inolitam conſuetudinem, delerendi proprias parrochias feſtis diebus, vt ad alias Eccleſias ſe conferant ſacerdotes celebrandi cauſa in honorem alicuius ſancti, cuius dies feſtus ſolemniter in illis agatur: Præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, omnibus Eccleſiarum rectoribus, & pro rectoribus, ne dominica die, & aliis feſtis diebus, vllo prætextù, Eccleſias ſibi commiſſas ſine miſſa relinquant, aut frequenter celebrent in Oratoriis, licet publicis, & in parochia exiſtentibus: poterunt tamen propria templa relinquere, ſi acceſſerint ad Plebem, vel aliam Eccleſiam ſitam in eadem Plebania, non diſtantem à propria vltra vnum milliare, & inter quam, & Eccleſiam ad quam ſe conferre deſignant flumen quod facile traſmitti nequeat minime decurrat, ita vt veriſimiliter ſibi perſuadere poſſit parrochus, plebem Chriſti ſibi commiſſam, vel in Eccleſia ad quam acceſſerit, vel in alia viciniori, miſſæ ſacro interfuturam, parochos ſecus agentes ad ſoluendos duos aureos condemnantes pro prima vice, pro ſecunda, ad quinque, pro tertia ad decẽ, qui niſi inpoſterum obaudient eos per annum ipſo facto ſuſpendimus; mandantes Sacerdotibus ruralibus vt quandocumq; inuitati fuerint ad aliquod feſtum celebrandum, ſecum ferant ſuperpellicea, ne contingat abſque decenti ornatu in Eccleſiis, ſacra officia decantari.

Parochiæ diebus feſtis abſque ſacro ne relinquantur

Quando relinqui ſine miſſis poſsint propria templa.

Sacerdotes ſuperpellicea deferant.

*Conſt. Antiquæ vbi ſup. cap. 6. Synod. prou. Flor. vbi ſupra c 9. Synod. Diæceſ. Flor. vbi ſupra.*

§. 5. Vt ſacræ Tridentinæ Sinodi præcepto obaudiatur, cun-

ctis omnino prohibemus cuiuſuis generis mercedem accipere, conditiones, ac pacta inire, vel acceptare pro miſſis nouis dicendis quicquid pro iis datur, nec non importunas, atque illiberales eleemoſinarum exactiones potius, quam poſtulationes, alia que huiuſmodi, quæ à Simoniaca labe, vel certe à turpi quęſtù non longe abſunt: Monemus præterea omnes, ac ſingulos Sacerdotes accipientes à fidelibus eleemoſinas, & ſtipendia vt miſſas dicant vel currentes, vel pro defunctis, vel alias quaſcunque votiuas, vt diligenter attendant, ne forte ſuas animas lęthaliter vulnerent, ſeſeque reſtitutioni obnoxios reddant, ſi contra plurimorum DD. ſententiam, plura iuſta ſtipendia vt debita, pro vnica miſſa accipiant.

Pacta conuentioneſue pro miſſis nouis reiciuntur.

Caueant accipere duo iuſta ſtipendia pro vno & eodem ſacro.

*Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decre. de obſer. & vit. in celebr. miſſ. Nauar. c. 25. n. 92. & 111. Suares tom. 3. in 3. p. diſp. 86. ſect. 2. §. dico 3. & §. dico 4. Val. tom. 4. diſp. 6. q. 11. pun 1. q 5. §. 25. verſ. hanc autem Tollet. lib 2. cap. 8. n. 4. & 5. Henriquez lib. 9. C. 19. n. 5. Canus lib. 12. de locis cap 13. §. alterum arg. Cordub. lib. p. quæſt q 3. opinione 5. Arrag. 2. 2. q. 85 art 3. coluna 29. Petrus Nauarra lib. 2. de reſt. à n 327. Fili arcus tom. 1. lib. 2 c. 14. Graſſius lib. 2. cap. 45. num. 16. & 17.*

## CAPVT QVINTVM.

### *De audientibus Miſſam.*

FIdeles, dum miſſæ interſunt, ſint exterius ita compoſiti, vt corporis habitus ſituſque animi pietatem, religionemque in Deum pręſeferant; vnde aperto capite adſint, taciti, deuoti pariter, & attenti, & quo tempore a ſacerdote confeſſio dicitur, & grauiora miſſæ myſteria peraguntur, ſint flexis genibus; fœminarũ aſpectus, & vicinitatem fugiant, nec ita propè ad altare accedant; vt indecorum ſit, perturbeturque ſacerdos: in foribus Eccleſię, vel extra eam minime ſubſiſtant, abſque neceſſitate neque diſcedant, niſi poſt quam Sacerdos vltimum dixerit Euangelium.

Sacro reuerẽter interſint laici.

TITVLVS

# TITVLVS QVARTVS.

## *De pertinentibus ad diuina officia, & Proceßiones.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De Diuinis Officiis.*

VALDE verendum eſt, ne quod olim Deus Iſraelitico populo dixit, affirmari de clericis valeat diuinum penſum perſoluentibus, nempe *populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me*; Si dum diuina officia in choro dicuntur, ſilentium infringendo, murmurationibus, & confabulationibus vacando, aut laicorum collocutionibus intendendo aures, & linguas ad indebitos ſermones effundendo, nec aures intentas, nec mentem porrigunt ad diuina; quo fit, vt laicis, ac minoribus clericis ſcandalum regulariter detur, præceptumque Eccleſiaſticum de recitando diuino officio quantum Deus dederit ſtudioſe pariter, & deuote contemnatur; vnde omnibns in choro exiſtentibus quando diuina officia dicuntur, à collocutionibus non neceſſariis præcipimus abſtinere, ac mente reuoluere hortamur, quæ vel alii, vel ipſimet pſallendo dixerint; omnino etiam prohibentes cuiuſcumque generis muſicas laſciuum quid, vel impurum referentes.

Attente & deuote canendũ in choro.

modeſte pſallendum.

***Matthæi 15. C. dolentes de cælebrat. miſſarum. Conc. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeru. & vitand. in celeb. miſſ.***

### CAPVT SECVNDVM.

### *De Proceßionibus.*

PVblicis, ſacriſque, ſupplicationibus ſeu proceſſionibus quas ad implorandam diuinã miſericordiam, vel ad agendas Deo gratias, pro acceptis donis, ac beneficiis ſancta mater Eccleſia aliquibus diebus inſtituit chriſti fideles ea qua par eſt reue-

rentia, & modeſtia interſint. Quare Eccleſiaſtici ſuperpelliceis, vel aliis decentibus habitibus, aut ſacris veſtibus operti bini, ac ſacris precibus diuiniſque myſteriis intenti procedant, mutua colloquia, riſum, vagoſque oculorum aſpectus, & alias minus decentes actiones euitent, & ſicut laici à clericis, ita fœminę à viris ſeparatę incedant; edendi, bibendique abuſum, ſecumq; eſculenta, & poculenta deferendi prorſus abiiciant, ac nullo pacto proceſſionibus quæ noctu fiunt, interſint fœminæ.

*Quę vitanda in proceſsionibus.*

*Clerici à laicis fœminæ à viris, ſeparatę procedant.*

*Abſint mulieres à nocturnis proceſſionibus.*

§. 2. Si quando ſæculares, vel regulares clerici propriam parochiam non habentes, aliquas proceſſiones ſupplicationeſque inſtituere voluerint, id minime exequantur abſque licentia Ordinarii; qui vero propriam habuerint parochiam, non audeant per fines alterius parochiæ, proceſſionem ducere inrequiſito proprio parocho; laici niſi ſacerdotem ſuperpelliceo, ſtola, ac clericali pileo decoratum, ſecum habuerint, abſque facultate legitima proceſſionaliter non incedant, exceptis ſolemnibus, & publicis proceſſionibus ab Ordinario indictis.

*Per fines alterius parochiæ ne ducantur proceſsiones.*

*Abſque ſacerdote ſacra veſte induto nō procedant laici.*

§. 3. Quando Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ad aliquam, noſtræ Diœceſis Eccleſiam etiam regularium ſe contulerit omnes clerici, vel religioſi eius Eccleſię, ad quam acceſſerit, ei obuiam fiant, & ad Eccleſię valuas cum charitate excipiant; qui non paruerint, ſi fuerint clerici ſęculares viginti quinque aureos ſoluant monaſterio mulierum conuerſarum applicandos; ſi religioſi regulares eorum Eccleſiæ per menſem ſupponantur Eccleſiaſtico interdicto.

*Capitulum Eccleſiæ cathedralis excipiatur ad valuas.*

§. 4. Omnes præcedentiarum lites ab Ordinario quacunque appellatione remota extraiudicialiter terminētur, ac componantur, vt alias ſancitum fuit in prouinciali synodo, illud quoque inuiolabiliter obſeruari volumus, vt capitulum cathedralis Eccleſiæ, donec redeatur ad locum vnde diſceſſit à nemine deſeratur ſub pœnis arbitrio Ordinarii imponendis, volentes, etiam vt parrochus cathedralis Eccleſię ſemper, & in omni caſu præcedat parochos regulares, vel ſęculares aliarum Eccleſiarum noſtræ Diœceſis, non obſtante quacunque contraria conſuetudine priuilegio, aut conſtitutione præterquam Papali. Cæterum parochi, ac reliqui Sacerdotes ſupplices procedentes, approbatis ſolum lithaniarum formulis, & precationibus, vtantur, qua in re nunquam errabunt, ſi ab aſſignatis precibus in rituali nouo Pauli Quinti minime declinauerint.

*Lites præcedētiarum à quo terminandę & quomodo.*

*Parochus Cathedralis omnibus aliis prę cedat.*

*Quibus lithaniis vti debeāt ac precādi formulis.*

Cap.

*Concilium Trid. ſeſſ. 25 c.13. de refor. Synod prou. Flor. Rub. 46 cap. 1. & 2.*

§. 5. Regulares extra Vrbem Florentinam, eo tempore, quò parrochus proceſſionem ducit, abſque pontificio priuilegio nõ inſtituant proceſſiones per alienas parochias faciendas, ac deducendas.

Aliquando regulares ne procedant.

§. 6. In die Corporis Chriſti, nulli rurali parocho alicui plębaniæ ſubiecto, liceat abſque Ordinarii licentia proceſſiones ducere, ſed plebanis tantum; alii vero Dominica infra octauam ſanctiſſimum Chriſti corpus, cum pompa deferant.

Proceſsiones Corporis Domini quando ab aliis faciendę.

§. 7. Extra parochiam, vel plebaniam, niſi ad templa Florentinæ vrbis inuiſenda venerint confraternitates ruſticorum, minime procedant mulieres ſimul cum viris, nec viri abſque veſtibus ſocietatis, ſeu ſaccis ſolitis deferri, nec vnquam Crux, aut vexillum deferatur, abſque parocho ſuperpelliceo, & ſtola induto, vel ſaltem abſque viris veſtitis modo prædicto.

Ruſticorũ proceſsionibus modus pręſcribitur.

§. 8. Vt ordo procedendi in ſupplicationibus tum publicis, tum priuatis, quem perantiqua conſuetudo probauit, Synodali ſanctione roboretur; Tridentini decreto, & fœlicis recordationis Gregorii XIII. conſtitutioni inhærentes edicimus, vt omniũ primi incedant fratres mendicantes; deinde Canonici regulares, & Monaci; poſt quos ſequantur Clerici, ſerie, & ordine debito ſub pęna decem aureorũ ſubeunda ab iis qui deſiderabũtur & excõmunicationis q̃ incurrent illũ perturbare pręſumentes.

Ordo procedendi.

*Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de reform. Conſtit. Gregorii 13. expoſcit paſtoralis officii edita anno 1583. die 15. Iulii.*

# TITVLVS QVINTVS.

## *De obſeruatione Ieiuniorum.*

### CAPVT VNICVM.

CVM inter alia ieiunia ſolemnius ſit quadrageſimale, tum quia obſeruatur ad immitationem Chriſti; tum etiam quia per ipſum diſponimur ad redemptionis noſtrę myſteria deuote celebranda; ideo licet in quolibet ieiunio interdicatur carnium eſus, in quadrageſimali interdicuntur etiam vniuerſaliter oua, & lacticinia; circa quorum abſtinentiam in aliis ieiuniis diuerſæ cõſuetudines

ſunt

ſunt apud diuerſos, quas quiſque obſeruare debet ſecundum morem eorum inter quos verſatur; Vnde Sanctus Hyeronimus de ieiuniis loquens dicit, *Vnaquæque Prouincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitretur*; quæ cum veriſſima ſint, & multorum DD. calculo comprobata, aperte deducitur in reliquis ieiuniis extra quadrageſimam, licere omnibus ouis, & lacticiniis veſci quando boni, & timorati viri alicuius regionis in huiuſmodi diebus, hęc paſſim, & abſque ſcrupulo comedunt, vt euenit in Vrbe Florentina, in qua licite prædicta manducantur.

Eſus ouorum & lacticinio rũ extra quadrageſimam licitus in vrbe Florentina, & vbicumque viget talis conſuetudo.

*C. Denique Diſt. 4. C. cõſilium de Obſeruat. ieiun. S. Hieron. tom. 1. epiſt. epiſt. ad Lucinium, paulo ante finem. S. Thom. ſecunda 2. q. 147. art. 8. ad tertium. Caiet. Ibidem, & in ſumma Ver. Ieiunium. Silueſter Ver. Ieiunium num. 15. Nauarrus cap. 21. num. 15 Azor tomo 1. lib. 7. cap. 10 q. 2. Leſſius lib. 4. cap. 2. n. 8. Sancez in Summa lib. 4. cap. 11. num. 52. Reginaldus lib. 4. tomo 1. num. 141.*

§. 2. Quamuis vt impleatur ieiunii præceptum, gratiæ ſtatus minime requiratur, requiritur tamen, vt vitam ęternam per illud mereamur; Neque enim inquit Diuus Hieronymus ventris exuries accepta eſt Deo, quam lites, & rapina, & luxuria dextruunt; vnde Ioel nos admonet, vt ieiunia ſanctificemus, alia bona opera, addendo ieiuniis, quia ſecundum Gregorium, incaſſum caro atteritur, ſi a prauis voluptatibus animus non refręnetur; propterea vt fructuoſa nobis ſint Eccleſiaſtica ieiunia, ſtudeant fideles, non magis à cibis quam à vitiis abſtinere.

Quę ieiunia Deo placentia nobiſque vtilia.

*D. Hieronim lib. 2. contra Iouin. Ioel. 2. Greg. hom. 16 in Euangelia.*

§. 3. Tandem monemus medicos ne dum nimis corporibus indulgere curant noceant animabus, literas teſtimoniales nimia fortaſſe facilitate concedendo, ob quas ordinarius ad dã dam facultatem comedendi carnes, &c. vel non ieiunandi ſacro ieiunii tempore inducatur; qua in re eorum conſcientias onerantes, rem totam ſcrutatori cordium Deo committimus.

Medici caute concedant licentias carnes comedẽdi, & huiuſmodi vetitis diebus.

§. 4. Ne ex initii Quadrageſimalis Ieiunii ignorantia, illud in ipſo ſui exordio violari contingat, ſemihora ante mediam noctem pręcedentem feriam quartam cinerum, per integrum ſemi horæ ſpatium maxima campanarum Cathedralis Eccleſię pulſetur, vt omnes intelligant poſtquam ea pulſari deſierit, ſibi

Signum detur initii quadrageſimalis ieiunii.

amplius

amplius non licere, quicquam ea nocte comedere abſque ieiunii fractione; & quia prædictæ mediæ noctis terminus, ex mobili cineralium dierum initio, dependens, fixus eſſe non poteſt ideo poſt hac in tabula feſtorum mobilium ſingulis annis cum diligentia deſcriptus imprimatur; hortamurque omnes parrochos, tum vrbanos, tum rurales, vt adeo laudabile inſtitutum amplecti, ac ſe qui velint; cum cathedrali Eccleſia eadem nocte ſignum dando, vt intelligatur ſacrum quadrageſimæ tempus aduenıſſe, ac nugis, & iocis eſſe vale dicendum.

Hortatur parochos ad imitādam cathedralem.

# TITVLVS SEXTVS.

## *De ſacroſanctis Eccleſiis, deque earum bonis non alienandis, alienatis recuperandis, illarum reparatione, & inuentariorum Eccleſiaſticarum rerum confectione.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De ſacroſanctis Eccleſiis.*

SANCTISSIMVS, ac fœliciſſimæ recordationis Pius Quintus diuini honoris zelo inflammatus, ac Chriſti Domini exemplum immitatus, ad prçcauendum ne domus Dei, quæ domus orationis eſt, quamque ſanctitudo decet, & confeſſio laudis, ſpelunca latronum, & quidem animarum non rerum caducarum fieret, vulpeſque paruulas abigendas, quæ domini vineas animas videlicet demoliuntur, & obuiandum, ne vindemient eam omnes qui prætergrediuntur viam, neque eam exterminet aper de ſilua, ac ſingularis ferus per ſuos ſatellites depaſcatur; veluti flagello de funiculis facto, ſanctiſſimam edidit conſtitutionem, quam omnes inuiolabiliter obſeruare debent præter ea, quę in eundem finem ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Præſule in hac ſancta Synodo edicentur.

Conſt.

*Conſtit. Pii Quinti cum primum Apoſtolatus edita anno 1566. Kal. Aprilis.*

*In eccleſiis nec deambulandũ ſeu quicquam faciendum diuina perturbãs*

§. 2. Quicunque in Eccleſiis dum ſacrificium miſſæ, & diuina ibidem celebrantur officia, aut verbum dei prædicatur; deambulare, vociferari, aut verſo tergo ad ſanctiſſimum ſacramentum inreuerenter ſedere, aut aliquid ſcandalum generans, vel diuina perturbans facere præſumpſerit; pœnam vigintiquinque aureorum incurret, præter alias Ordinarii arbitratù imponendas, quique non habent in ęre luant in corpore.

*Conc. Trid. ſeſſ. 22. de obſeruan. & vit. in cęlebrat. miſſ. Bulla prędicta. Conc. prou. Flor. Rub. 12. c. 1. C. oratorium C. in oratorio Diſt. 42.*

*Colloquia turpia vel ſigna ne fiant.*

§. 3. Qui in Eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis colloquium ſcurrile habuerit, alioſq; inhoneſtos actus fecerit ſimilem pœnam incurrat, & carceris per menſem, qui obſcęnis, & inhoneſtis verbis, aut ſignis in eiſdem Eccleſiis vſus fuerit decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur; mandantes omnibus Eccleſiarum rectoribus, ac ſuperioribus, nec non ſacriſtis, oſtiariis, aliiſq; Eccleſiarũ cuſtodibus vt præfatos omnes delinquẽtes, præmiſſa monitione euãgelica ad nos deferant, ſub pœna duorũ aureorũ; predictæ autem pœnę partim delatoribus, partim monialibus pauperibus applicẽtur.

*Conc. prou. Flor. rub. 12. cap. 2. Cap. Oratorium cap. in oratorio diſt. 42. Trid. Conc. ſeſſ. 22. de obſer. & euit. in cæleb. miſſ.*

*Pauperes quærentes ſtipem per templa ne diſcurrant.*

§. 4. Pauperes quoque mendicantes, ſeù eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore miſſarum, prædicationum, aliorumq; diuinorum officiorum ire ne ſinant; ſed eos ad valuas Eccleſiarum expectare iubeant ſub pœna vnius aurei parochis, & curatis inſligenda pro qualibet vice, niſi illos ex tẽplis eiecerint, & hæc implere coegerint, in memoriam reuocantes religioſis in clauſtris degentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ illis præceptum fuiſſe à Pio V. vt in Eccleſiis ſuis deputent idoneam perſonã ad egenos eiiciendos, qui ſi negligentes fuerint, grauiſſime ab Ordinario corripiendi ſunt, & pro qualitate perſonarum arbitrio Papæ, vel ſuorum ſuperiorum etiam corporaliter puniendi, miniſtri tamen indigentium monialium, aliorumque piorum locorum capſulis ſtipem corrogantes, poterunt poſtquam ſacerdos cõmunicauerit, facultate ab Ordinario prius obtenta, in Eccleſiis eleemoſinas petere, qui vero abſq; prædicta licentia eleemoſinas quærendo per Eccleſias diſcurrent, capſulas cum pecu-

*Quo tempore & qui poſsint in templis cũ li[illegible] [illegible]ta men[illegible]*

niis

aliis amittant, nec amplius poſſit in templis, vel etiam ad eius valuas ſtipem cum aliis petere, necnon in carcerem ad arbitrium detrudantur.

*Bulla Pii V. prædicta Conc. prou. Flor. Rub. 12. cap. 3. Conc. prou. Vbi ſupra.*

§. 5. Quod attinet ad Eccleſiarum immunitatem, nihil addendum videtur præter id quod à Tridentino Concilio, ac feliciſſimo Gregorio XIIII. Pont. Max. ſancitum eſt. 22. Maii 1591. omneſque monere huiuſmodi ſanctiſſimas conſtitutiones eſſe in viridi obſeruantia eaſque exactiſſime ab omnibus eſſe ſeruãdas. **Eccleſię immunitas.**

*Gregor. 14. Cum alias de immunit. Eccleſ. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. de reform. Conſt. antiquæ de Eccl. immunit.*

§. 6. Intra Eccleſias, ęneæ fiſtulæ, aut haſtata arma nunquam deferantur, nec in earum porticibus, atriis, veſtibulis aliquid venale etiam ad vſum ſacrificii vel Eccleſiæ exponatur, nulluſque cum venaticis canibus, vel volucribus eccleſiam ingrediatur. **Arma extra templa relinquenda.**

*Conc. prou. Flor. rub. 12. cap. 2.*

§. 7. Caueant rectores Eccleſiarum vt nec ipſi, nec quiuis alij eccleſia veluti horreo pro cuiuſcunque generis rebus conſeruandis, vel reponendis vllo modo vtantur, ſub pœna vigintiquinque coronatorum, pro qualibet vice, nec in Eccleſia pernoctare, aut in illa tanquam in ludo litterario grammaticæ, vel humanarũ literarum rudimenta doceri permittant. Præcipientes etiam omnibus (Principibus, parochis, & curatis exceptis) habẽtibus feneſtras, aditus hoſtiola, per quæ ex ipſorum domibus eccleſiis contiguis, ſeu iunctis iri, ſeu reſpici in Eccleſias poſſit vt quam primum ea calce & lateribus omnino, ac perfectiſſime obſtruant. **Eccleſiæ ne vertantur in horrea vel in literarios ludos.**

§. 8. Longe ab Ecclſiis arceantur nundinæ, ac mercatus pręſertim beſtiarum, tabernæ, negotiationes, actuſque omnes laicorum, venditationes candelarum, imaginum, eſculentorum, poculentorum, aliarumque rerum venalium, ac denique ea omnia, quæ ſine ſtrepitũ, ac clamore fieri nequeunt, quæque aliquo pacto diuina officia, vel Eccleſiarum aditus, impedire poſſunt; neque Eccleſiarum parietibus immundum quid vnquam adhæreat, aut prope ipſos eiectum exiſtat. **Longe ſint a templis res immundæ, nundinæ ac mercatus.**

*Cap. Relinqui de cuſtodia Euchariſtia. Synod Dioec. Florent. anno 1603. Cap. de Eccleſiis.*

Mulieres velato capite, & habitu decenti templa ingreditur.

Meretrices deſcriptę a locis ſacris arcẽtur.

Meretrices deſcriptæ quibuſdam diebus loca nundinarum non adire debeant.

§. 9. Cum non deceat mulierem non velato capite orare, & propter Angelos poteſtatem ſuper ſuum caput habere debeat mulier vt inquit Paulus; ęquum eſt, vt omnes confeſſarij acriter increpent mulieres ſibi confitentes, quæ licet in ſe honeſtæ, ac caſtæ ſint, habitum tamen minus honeſtum, ac decentem, & ad laſciuiam prouocantem ferunt; illę vero quæ inhoneſtæ, vel infames ſunt, ac publice, vel priuatim meretricandi artem exercẽt, ſeu in publico concubinatu exiſtunt, ac deſcriptæ ſunt in catalogo magiſtratus honeſtatis; ſtatim atque deprehenſæ fuerint in aliqua Eccleſia, alioue loco pio, ſacroue, ſeu in proceſsionibus ſolemnibus, vel priuatis ob quęcumque finem pium, honeſtum, ſanctum abſque expreſſa licentia in ſcriptis ab ipſo Ordinario obtenta, ipſo facto pro prima vice pęnam quinquaginta aureorum incurrant, pro ſecunda centum, ac creſcente contumacia vltra pecuniariam pęnam, vel in carcerem per annum detrudantur, vel excõmunicationis gladio feriantur, quarum pœnarum dimidium accuſatori, & executoribus detur, reliquum monaſterio conuerſarum mulierũ applicetur; quæ vero ſoluere nequeunt luant in corpore; ac ſimili modo interdictum volumus, ac ſub iiſdem omnino pœnis iiſdem mulieribus inhoneſtis, & infamibus deſcriptis apud præfatum magiſtratum ferijs ſextis, ac diebus dominicis quadrageſimæ, vel alio ſacro tempore, illac tranſire, eaque loca terere, vbi nundinę, vel mercatus fiunt, populiq; frequentia reperitur; quandoquidem non ſine magno ſcandalo proximorum huiuſmodi loca frequentare queant, excipitur tamẽ feria quinta hebdomadę paſsionis, quo die omnes ad audiendã concionem in cathedrali eccleſia conuenire volumus; Neque propter huiuſmodi prohibitionem ab eccleſiaſticis præceptis, cõfeſsionis, & communionis annuæ, ſeu miſſæ audiendæ feſtis diebus ſe exemptas eſſe falſo arbitrentur, quandoquidem per ipſas ſtatquin ea adimpleant; & ne ignorantia iuris illis ſuffragari poſsit; mandamus omnibus Eccleſiarum rectoribus curam habentibus animarum, vt inter miſſarum ſolemnia, quam primum in ſuis Eccleſijs hoc edictum pronuncient, ac eius tranſumptum ſuarum eccleſiarum valuis affigant, ſub pœna trium aureorum, & de publicationis exequtione certiorem faciant Ordinariũ per literas a tribus viris fide dignis cum iuramento ſubſcriptas.

*Prima ad Corinth. 11. Synod. Dioc. Flor. ann. 1603. de cultu, & obſeruatione feſtorum.*

§. 10.

§. 10. Quicumque intra eccleſias prope ianuas, aut vas aquę luſtralis, vel extra illas præ foribus, vel in atrijs, ac porticibus, ſeù illarum veſtibulis commorabuntur, vt mulieres ad Eccleſiam accedentes, vel ab eadem recedentes, aut illac tranſeuntes malo animo aſpiciant, vel alloquantur; ipſo facto excomunicati exiſtant, cuiuſcumque ordinis, ac dignitatis ſint. Præterea aeſtiuo tempore, à Kalendis videlicet maij, vſque ad Kalendas octobris, poſt ſecundam noctis horam, nullus commoretur in cœmeterio cathedralis eccleſiæ, ad breuiſsimum etiam temporis ſpatium, vel inibi cantet, aut fides pulſet, vel ſimilia faciat, ſeu talia facientibus ſe ſocium adiungat, ſub eadem excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda nec non arbitrij, ac decem aureorũ; quorũ quinque executoribus dentur, quinque pijs operibus applicentur; ac multo minus in eiuſdem eccleſiæ gradibus, ianuiſque, poſt dictum tempus dormiat quiſpiam, ſedeat aut quocunque modo permaneat, alioquin eaſdem pęnas, ipſo facto incurret.

Prope vas aquæ benedictæ aut in veſtibulis eccleſiarum vel prę foribus non immorandũ.

In cęmeterio cathedralis eccleſiæ, eiuſdẽ gradibus portis, &c. non permanendũ.

## CAPVT SECVNDVM.

## *De Eccleſiis reparandis.*

QVAELIBET eccleſia etiam ruralis ſit pauimento ſtrata, & adeo diligenter munita, clauſaque, vt nec beſtiis nec auibus ad eam pateat aditus, eadem ſit munda, ornata, ac dealbata vt quoad fieri poteſt ſtatim omnibus appareat, domum Dei eſſe non ſtabulum; idque facile aſſequentur eccleſiarum rectores, ſi tertiam partem reddituum eccleſiarum meminerint eſſe hypothecatã pro illarum reparatione, & inſtauratione, nec nõ pro vaſibus, ornamentis, libris, aliiſque ad diuinum cultum pertinentibus, prout fuſius declaratur cum in antiquis conſtitutionibus, tum in prouinciali Florentina Synodo; curauerintq; prout dicitur in dictis conſtitutionibus, res neceſſarias ſuis eccleſiis in tempore prouidere.

Eccleſiæ clauſę ornatæ mũdę dealbatęq; ſint.

Tertia pars reddituũ obligata eſt pro reparatione.

*Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. de refor. ſeſſ. 21. cap. 8. de refor. Conſt. Antiquæ Flor. dę Eccl. repar. cap. 1. Conc. prou. Flor. Rubr. 13 cap. 1. & 2. Sinod. Diac. Flor. de Eccleſiis anno 1603. Synod Diæce Flor. anno 1610. de Eccleſ. repara.*

## CAPVT TERTIVM.

## *De Bonis Eccleſiarum non alienandis, & alienatis recuperandis.*

NE bona eccleſiarum, Chriſti Sacrum Patrimonium exhauriantur; & ob illorũ defectũ debitus cultus eis denegetur; Omnes parrochi bis in anno, videlicet prima Dominica aduentus, ac Dominica in Paſſione, Patrio ſermone inter miſſarũ ſolẽnia vel ex ſuggeſtũ per concionatores, ſub pœna arbitrii Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, decretum Concilii Tridentini ſeſſ. 22. cap. 11. de reformatione quod incipit, *Si quem clericorum, vel laicorum,* ac decretum eiuſdem Concilii ſeſſ. 25. cap. 12. quod incipit. *Non ſunt ferendi,* fidelibus prælegant, & declarent, vt plane intelligant Eccleſiaſticarum rerum vſurpatores, ſe ipſo facto excomunicatos eſſe, nec ab alio quam à Romano Pontifice poſtquam integre reſtituerint abſolui poſſe; ſubtrahentes autem decimas, vel earum ſolutiones impedientes, excõmunicãdos eſſe, nec abſoluendos donec plene ſatisfecerint, vt ſaltem ſi non virtutis amore, ipſius pœnę formidine ab huiuſmodi ſacrilegiis, ac facinoribus committendis arceantur.

*Quædam decreta publice legenda a parochis.*

*Rerum eccleſiarum vſurpatores, & ſolutiones decimarum impedientes puniũtur a Trid.*

*Synod. prou. Flor. Rubrica. 34. cap. 5.*

§. 2. Magnam eccleſiis perniciem afferri ſolet, cum earum bona repræſentata pecunia in ſucceſſorum præiudicium aliis locantur; quare huiuſmodi locationes ſi anticipatis ſolutionibus, fiant, nullatenus in ſucceſſorum damnum validæ intelligantur.

*Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de refor. Synod. prou. Flor. Rub. 34. cap. 3.*

§. 3. Si quæ laicis conceſſa eccleſiarum bona, aliquo modo caduca facta ſint, caueant quicunquę beneficia eccleſiaſtica obtinent, ne pœnam caducitatis remittant, niſi ſeruatis iis, quę in hoc genere iura præſcribunt, qui ſecus fecerint pœnas dabunt arbitrarias.

*Non remittẽdæ caducitates.*

§. 4. Vt ambitioſæ cupiditati eorum occurratur, qui mobilia pretioſa, & immobilia Deo dicata ex quibus Eccleſiæ, Monaſteria, ac pia loca ſubſtentantur illuſtriora redduntur, eorumque miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, aut maximo cum illorum, ac diuini cultus detrimento exquiſitis mediis occupare, & vſurpare præſumunt, Extrauagantem Pauli ſecundi

*Paulina ambitioſæ ſeruãda.*

tundi inuiolabiliter obſeruari iniungimus quo ad omnia, ac ſingula in illa diſpoſita, nec non alia a ſacris canonibus conſtituta, nulluſque in poſterum audeat quercus, vlmos, & ſimiles arbores nõ cæduas vel frugiferas ſolo ſui Eccleſiaſtici beneficii hærentes, abſque licentia Ordinarii cædere, aut euellere, niſi eiusdem arbitrii pœnas ſubire velit.

Arbores non cædantur.

*Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de reformat. Extrauagans Ambitioſæ de reb. Eccleſię non alien. inter commu. 12. q. 2. per totam præſertim in cap. ſine exceptione. Cap. nulli de reb. Eccl. alien. vel non cum multis aliis cap. in eodem tit.*

§. 5. Non nulli aliquando ad id temeritatis deuenire ſolent, vt clericorum demortuorum bona inuadant, vnaque cum illis ſacrilege ſubripiant obueniẽtia quoque eccleſiæ miniſtris in mortui locum ſuccedentibus, vel eccleſiæ, cui olim viuens clericus inſeruierat. Qua propter omnes caueant ne bona, quæ ad clericum olim viuentem, vel ad Eccleſiam, eiuſque miniſtros pertinent temere inuadant, occupent, auferantue prout Sanctiſſimus Pius V. ſua perpetuo valitura conſtitutione decreuit anno 1567. die 28. Septẽbris donec Ordinarius ſtatuat, quæ relinqui, quæ amoueri debeant; contrafacientes omnia ablata, vel occupata amittant, eidemque eccleſiæ applicentur, ac in ſuper omne ius petendi, aut auferendi amplius quicquam ex bonis prædictis; ſtatimque omnia intelligantur dictæ Eccleſię, & eius nouo rectori applicata; mandantes Plebano, vel viciniori curato in eius defectu, vt ſtatim ſecuta morte alicuius rectoris, cum teſtibus adeant de mortui domum ad conficiendum inuentarium omnium mobiliũ, ſcripturarum, ac rerum quarumcumque ad illam Eccleſiam ſpectantium, illudque ad curiam Illuſtriſsimi quam primum mittant, cauentes interim, ne quidquam ab hæredibus defuncti vel alijs abſque Ordinarii mandato innouetur.

Non inuadenda nec vſurpãda bona clericorum defunctorum.

Plebanus ſeu curatus vicinior cõficiat inuentarium.

*Pius Quintus Romani Pont. Prouidentia.*

§. 6. Cum plurima reperiantur Monaſteria Eccleſiæ, Beneficia, Hoſpitalia, ac pia loca, quæ inſtrumenta alienationum bonorum ſuorum penes ſe non habent, ſed tantum canones, ſeu cẽſus ratione illorum bonorum eis perſoluuntur; ac licet qui ea poſsident forſitan penes ſe talia inſtrumenta habeant, illa tamẽ oſtendere minime volunt, ſeque tuentur quod magno temporis ſpatio, in eorundem bonorum poſſeſsione extiterint. Mandamus omnibus, ac ſingulis perſonis bona Eccleſiaſtica, vt præfertur detinentibus, & poſsidentibus, niſi legitimam cauſam habuerint

rint

rint ſe excuſandi, vt quam primũ ſignificēt Ord. per documenta, & inſtrumenta publica titulos, quorum vigore huiuſmodi bona poſsident, ac ſe canonem, & annuum cenſum abſque mora, & interruptione indebita perſoluiſſe, alioquin intra annum nō parentes, nec ſe legitime excuſantes, pænis arbitrariis punientur.

Poſſidentes bona eccleſiaſtica doceant quo iure ea poſſideāt.

*Pius V. Exigit incũbentis nobis Apoſtolica. Panorm. in cap. 1. tit. de Probationibus. Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2. verſu tertio poteſt contingere. Nauarr. tomo primo Conſil. tit. de cenſibus conſilio 3. Suares tomo 5. de cenſuris diſp. 20. ſect. 3. Sairus de cenſuris lib. 1. cap. 10. num. 36.*

§. 7. Et quoniam eccleſiarum bona, confinia canones, cenſus, redditus, prouentus, iura, inſtrumenta, ſcriptura à diuerſis auaritia obcęcatis occultantur, adeo vt a multis Commendatarijs, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Cappellanis, & alijs beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, beneficiorum ſuorum bona, eorũ confinia, & inſtrumenta ignorentur; Omnibus, ac ſingulis Chriſti fidelibus de præmiſsis inſtructis, ac notariis, tabellionibus, & aliis quibuſcunque de inſtrumentis, & ſcripturis, ac documentis prædictis, & circa ea neceſſariis rogatis, in virtute ſanctę obediētiæ, & ſub pęna excōmunicationis ipſo facto incurrendę præcipimus, vt ea ipſis monaſteriis, beneficiariis, & piis locis, denuntient, notificent, & exibeant intra ſex menſes à die publicationis huius decreti, ſi ſciuerint prædicta loca illis indigere, nec prudenter, probabiliterque arbitrentur huiuſmodi inſtrumēta apud ea aſſeruari, ſeu iuxtã cauſam non parendi allegauerint intra prædictũ terminũ, alioquin contumaces poſt elapſum tēpus prędictũ a ſtatim Anathematis vinculo innodentur, à quo nolumus à quoquam abſolui poſſe, donec plene, perfecteque pro viribus noſtro præcepto paruerint; qui vero aliter abſoluere prædictos tentauerit, ad arbitrium Ordinarii à diuinis ſuſpendatur.

Piis locis reueletur ſuorum iurium cognitio ſi illis indigeant.

Excommunicantur, contumaces, & reſeruatur abſolutio donec paruerint.

*Panormitanus. Sotus. Nauarrus. Suares. Sairus. vbi ſupra §. 6.*

CAPVT

## CAPVT QVARTVM.

## *De conficiendo inuentario rerum Eccleſiaſticarum.*

CVM ex eorum qui præſunt negligentia compertum ſit multa ex Eccleſiaſticis bonis tam mobilibus, quam immobilibus periiſſe, omnes eccleſiarũ, monaſteriorum, & quorũcumque piorum locorum rectores, gubernatores, adminiſtratoreſque repertorium ſeu vt vulgo dicitur inuentarium omnium, ac ſingulorum bonorum mobilium, & immobilium, intra annũ conficiant, in quo diligenter fideliterque deſcribantur fundi, agri, domus, iura, actiones, redditus, vaſa ſacra, veſtes, ſupellectilia, & id genus alia ad eorum Eccleſias, vel pia loca quomodolibet ſpectantia cuius exemplar fide dignum intra idem tempus in archiuio aſſeruandum Ordinario tradant, aliud apud ſe, ac ſucceſſori tradendum in archiuio propriæ eccleſię, vel alio tuto loco aſſeruent; qui negligentes fuerint, fraudemue in eo conficiendo admiſerint, decem aureos ſoluant; ad quod inuentarium faciendum teneantur ſub iiſdem pœnis omnes confraternitates laicorum Ordinario ſubiectas, quas inſuper conficere volumus notam obligationum, ac legatorum, quæ in ſingulis annis explere tenentur, eamque ſimul cum inuentario prędicto tranſmittere Cancellario curiæ Archiepiſcopalis.

Inuentarium conficiendũ a rectoribus Eccleſiarum.

Idem inuentarium conficiant confraternitates Ordinario ſubiectæ.

§. 2. Idem in poſterum ab omnibus ſeruari præcipimus, qui eccleſias, Cappellas, Oratoria, aut beneficia quęcumquę Eccleſiaſtica obtinuerint, tam auctoritate ordinaria, quam Apoſtolica, quod ſi quis hoc præceptum intra menſem non adimpleuerit in eamdem pęnam decem aureorum incidat.

A quibuſdam aliis inuentarium faciendum.

*Synod. Prou. Flor. Rub. 33. cap. 3.*

§. 3. Eccleſiis, aliiſque eccleſiaſticis beneficiis vacantibus, per reſignationem, obitum, vel deceſſum, bona eorum mobilia, vel ſe mouentia, & ſupellectilia ſine Ordinarii facultate in ſcriptis accepta à nullo amoueantur, alioquin amouentes ipſorum prætiũ, vel bona ipſa amittant.

Beneficiorũ vacantium bona à nemine auferenda vel amouenda.

TITVLVS

# TITVLVS SEPTIMVS.

## De Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatione ac Reſidentia.

## CAPVT PRIMVM.

### De Collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum.

QVANTA ſit animarum clades, quæ ex indebita beneficiorum collatione exiſtit, vix mente aſſequi poſſumus, ne dum verbis explicare, cum aliud non ſit, quam ouem vt aiunt lupo credere, quandoquidem inhabiles, & indigni dum non intrant per oſtium, ſed aſcendunt aliunde in ouile ouium, ſtatim fures, ac latrones eſſe depræhenduntur, ad furandum, ac perdẽdas, & mactandas, Chriſti ſanguine redemptas ouiculas illuc ingreſſi; vt verendum ſit, ne pauci admodum reperiantur boni paſtores, qui videntes lupum venientem, animam ſuam pro ſibi creditis ouibus dare velint; contra vero multi mercennarii qui dimittentes oues fugiant, ac gregẽ domini, lupis dilaniandum, ac diſpergendum permittant; quodque dolendum eſt magis, ne ipſi lupi ſint nonnunquam ouina pelle ueſtiti, *ipſi* primo oues Chriſti aggredientes, iugulantes, diſcerpentes. Quare vt tãto malo ſancta Synodus pro viribus obuiet, pre Ieſu Chriſti ſanguinem enixe petit ab omnibus Patronis, & aliis quibuſcũque habentibus Ius præſentandi, nominandi, vel eligendi ad Eccleſiaſtica beneficia, vt omni humana affectione poſtpoſita, nullaque habita ratione carnis, & ſanguinis, ſed meriti dumtaxat, ſuiſque neglectis commodis quę Ieſu Chriſti ſunt, quærant, eiuſque diuinam gloriam, & honorem ſolummodo præ oculis habendo, idoneos tantum ętate, vita, moribus, & ſcientia inſtituendos Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Antiſtiti offerant, ne ſi minus idonei quam par eſt reperiantur præſentanti, electi, vel nominati, iuſta Tridentini præſcriptum reiciantur, ac repellantur, ac præ-

*Patroni præſentent dignos.*

ſentatis,

ſentatis erubeſcentibus, Patroniſq; præſentantibus, eligentibus, vel nominātibus id ęgre, moleſteq; ferentibus quandoquidem melius eſt ipſos in hac vita, cum ſpe ſalutis confundi, & ad modicum contriſtari, quam in maximo Iudicii die, ſimul cum Ordinario æternis Flammis addici.

*Ioan. cap.10. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. & ſeſſ. 25. cap. 9.*

§. 2. Examinatoribus præterea iniungitur, vt nunquam examen incipere, aut perſequi audeant, niſi prius ſimul omnes audierint, vel ſeorſim per ſe ipſos ſinguli legerint caput XVIII. ſeſſ. 24. Concilii Tridentini incipiens *Inferiora beneficia*, vt hoc pacto recordentur iuramenti, per ſancta Dei Euangelia pręſtiti cuius vi Omnipotenti Deo promiſerunt ſe omni humano affectù poſt habito, fideliter munus examinandi obituros, vtque rei magnitudine, & Sancti Spiritus intentione per verba Concilij expreſſa excitentur, ad exacte præſtanda, quæ Deo teſte ab iis, Eccleſia Chriſti ſponſa optimo iure requirit, idoneos videlicet, miniſtros, & animarum paſtores, iis virtutibus, ac animi dotibus prędit̨os, quales Sancta Tridentina Synodus, & alia iura requirunt. à quorum præſcripto ſi receſſerint minus idoneos miniſtros eligendo, vel approbando grauiſſimum periurii crimen incurrent, & aliquando reſtitutioni etiam obnoxii erunt. Examinatores autem eligantur quales Tridentinum concilium deſcribit ſeſſ. 24. c. 18. de reformatione, & Synodus Flor. rub. 23. cap. quinto.

**Examinatores quales eligere uel repellere.**

**Quibus examinandi munus demandandum.**

*Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor. Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. conſtitution. Alex. 3. & Greg. x. Pius Quintus in conferendis beneficiis edita anno 1566 prima Aprilis.*

§. 3. Diligenter aduertant præfati examinatores, ne quicquā occaſione examinis ante, vel poſt examen accipiant, quod ad Cancellarium, & alios miniſtros extendi volumus ſub pęnis à Tridentino Concilio tam contra dantes, quam contra accipientes impoſitis; quibus examinatoribus ſub pęna arbitrij, omnino prohibemus, ne vllo pacto ſibi inuicem commendent, aut priuatim inſtruant examinandos, in actu examinis, vel eos in ſpecie ante examen certiores faciant, de quibus poſtea interrogandi ſunt, ac pari modo ſegerant cum ijs de quorum doctrina ſunt facturi periculum, vt ad Ordines promoueantur, aut ad confeſsiones audiendas admittantur, & ad huiuſmodi munia eligantur.

**Quomodo ſe gerant cum examinandis examinatores.**

*Trid. Conc. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.*

# TITVLVS SEPTIMVS.

## *De Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatione ac Reſidentia.*

## CAPVT PRIMVM.

### *De Collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

QVANTA ſit animarum clades, quæ ex indebita beneficiorum collatione exiſtit, vix mente aſſequi poſſumus, ne dum verbis explicare, cum aliud non ſit, quam ouem vt aiunt lupo credere, quandoquidem inhabiles, & indigni dum non intrant per oſtium, ſed aſcendunt aliunde in ouile ouium, ſtatim fures, ac latrones eſſe depræhenduntur, ad furandum, ac perdēdas, & mactandas, Chriſti ſanguine redemptas ouiculas illuc ingreſſi; vt verendum ſit, ne pauci admodum reperiantur boni paſtores, qui videntes lupum venientem, animam ſuam pro ſibi creditis ouibus dare velint; contra vero multi mercennarii qui dimittentes oues fugiant, ac gregē domini, lupis dilaniandum, ac diſpergendum permittant; quodque dolendum eſt magis, ne ipſi lupi ſint nonnunquam ouina pelle ueſtiti, ipſi primo oues Chriſti aggredientes, iugulantes. diſcerpentes. Quare vt tāto malo ſancta Synodus pro viribus obuiet, pre Ieſu Chriſti ſanguinem enixe petit ab omnibus Patronis, & aliis quibuſcūque habentibus ius præſentandi, nominandi, vel eligendi ad Eccleſiaſtica beneficia, vt omni humana affectione poſtpoſita, nullaque habita ratione carnis, & ſanguinis, ſed meriti dumtaxat, ſuiſque neglectis commodis quę Ieſu Chriſti ſunt, quærant, eiuſque diuinam gloriam, & honorem ſolummodo præ oculis habendo, idoneos tantum ętate, vita, moribus, & ſcientia inſtituendos Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Antiſtiti offerant, ne ſi minus idonei quam par eſt reperiantur præſentanti, electi, vel nominati, iuſta Tridentini præſcriptum reiciantur, ac repellantur, ac præ-

*Patroni præſentent dignos.*

ſentatis,

ſentatis erubeſcentibus, Patroniſq; præſentantibus, eligentibus, vel nominãtibus id ęgre, moleſteq; ferentibus quandoquidem melius eſt ipſos in hac vita, cum ſpe ſalutis confundi, & ad modi cum contriſtari, quam in maximo Iudicii die, ſimul cum Ordinario æternis Flammis addici.

*Ioan. cap. 10. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. & ſeſſ. 25. cap. 9.*

§. 2. Examinatoribus præterea iniungitur, vt nunquam examen incipere, aut perſequi audeant, niſi prius ſimul omnes audierint, vel ſeorſim per ſe ipſos ſinguli legerint caput XVIII. ſeſſ. 24. Concilii Tridentini incipiens *Inferiora beneficia*, vt hoc pacto recordentur iuramenti, per ſancta Dei Euangelia pręſtiti cuius vi Omnipotenti Deo promiſerunt ſe omni humano affectù poſt habito, fideliter munus examinandi obituros, vtque rei magnitudine, & Sancti Spiritus intentione per verba Concilij expreſſa excitentur, ad exacte præſtanda, quæ Deo teſte ab iis, Eccleſia Chriſti ſponſa optimo iure requirit, idoneos videlicet, miniſtros, & animarum paſtores, iis virtutibus, ac animi dotibus prędītos, quales Sancta Tridentina Synodus, & alia iura requirunt. à quorum præſcripto ſi receſſerint minus idoneos miniſtros eligendo, vel approbando grauiſſimum periurii crimen incurrent, & aliquando reſtitutioni etiam obnoxii erunt. Examinatores autem eligantur quales Tridentinum concilium deſcribit ſeſſ. 24. c. 18. de reformatione, & Synodus Flor. rub. 23. cap. quinto.

Examinatores quales eligere uel repellere.

Quibus examinandi munus demandandum.

*Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor. Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. conſtitution. Alex. 3. & Greg. x. Pius Quintus in conferendis beneficiis edita anno 1566 prima Aprilis.*

§. 3. Diligenter aduertant præfati examinatores, ne quicquã occaſione examinis ante, vel poſt examen accipiant, quod ad Cancellarium, & alios miniſtros extendi volumus ſub pęnis à Tridentino Concilio tam contra dantes, quam contra accipientes impoſitis; quibus examinatoribus ſub pęna arbitrij, omnino prohibemus, ne vllo pacto ſibi inuicem commendent, aut priuatim inſtruant examinandos, in actu examinis, vel eos in ſpecie ante examen certiores faciant, de quibus poſtea interrogandi ſunt, ac pari modo ſegerant cum ijs de quorum doctrina ſunt facturi periculum, vt ad Ordines promoueantur, aut ad confeſsiones audiendas admittantur, & ad huiuſmodi munia eligantur.

Quomodo ſe gerant cum examinandis examinatores.

*Trid. Conc. ſeſſ. 24. c. 18. de refor.*

§. 4. Tandem monemus omnes, vt in beneficijs procurandis, vel conferendis, permutandis, reſignandis, &c. diligenter euitēt omnem ſimoniæ labem, quam facillime contrahent, qui non zelo iuſtitię, ſed auaritiæ affectū ducti aliquem nominant, pręſentant, vel eligunt, aut pro ſe, vel aliis eccleſiaſtica beneficia procurant, cum plurimę conſtitutiones PP. & conciliorum decreta, non pauca, & alia paſsim iura ſub grauiſsimis pęnis execrandum Simonię ſcelus damnent, & ab humano pectore eradicare, ac funditus euertere, pro viribus ſtudeant; vt quilibet literis, vel leuiter tinctus affirmare cogitur.

Incautos facile in ſimoniam incidere.

§. Beneficium eccleſiaſticū adeo tenue, vt eius redditus omnibus computatis ad ſummam quadraginta aureorum non aſcēdant, amplius in titulum conferri nequeat, nec quiſquam ad eiuſmodi titulum ordinari, quod ſi vniri non poſsit, viciniori beneficiato commendetur; qui teneatur ad explenda omnia munia beneficij ſibi commendati, & ad reddendam rationem ſingulis annis ſuæ adminiſtrationis, nec non ad tradendos fructus perceptos ex ſibi commendato beneficio depoſitario, ſeù camerario Archiepiſcopalis curiæ, in dicti beneficij bonum, & vtilitatē cumulandos, dempto prius iuſto ſtipendio, ſibi pro laboribus, & oneribus ab Ordinario aſsignando.

Beneficia tenuia commendāda uicinioribus curatis.

§. 6. Neminem in poſterum, vel præſentatum, vel nominatum, vel electum: ſeu ab inferioribus prouiſum prius admitti volumus, uel inſtitui, quam infraſcriptum iuſiurandum exibuerit; uidelicet.

Omnes inſtituendi hoc iuramentum præſtent.

Ego N. pręſentatus, vel electus &c. ad beneficium N. iuro per ſacroſancta Dei Euangelia, quæ meis manibus tango; neque me beneficii obtinendi cauſa, aut vt ad id præſentarer, nominarer, &c. neque quemquam alium meo nomine, aut conſentiente, vel ſciente me quicquam collatori, patrono, ſeù alii, cuiquam ea de cauſa promiſiſſe, aut dediſſe, aut commodaſſe, aut prius datum confirmaſſe, vel apud quemquam depoſuiſſe; neque mutuo dediſſe, vel locaſſe, vel prius mutuò datum, cōmodatū, locatum, aut quocumque modo debitum remiſiſſe, aut relaxaſſe; nec de domibus, terris, prædiis, redditibus, eius Eccleſiæ, fructibuſque, decimis, aut oblationibus eiuſdem præteritis, præſentibus, & futuris, donationem, remiſſionem, locationemue feciſſe, promiſiſſe, aut iniuiſſe, vel alium mandante, vel conſentiente me promiſiſſe, feciſſe, aut iniuiſſe. Item iuro quod bona immobilia; aliaque quę inſtar immobilium ſunt, ac mobilia pręcioſa.

Formula iuramenti.

cioſa, ad ipſam Eccleſiam, vel beneficium pertinentia non vendam, neque donabo, neque oppignerabo, vel aliquo modo citra iuris diſpoſitionem alienabo; immo alienata pro viribus recuperabo, Eccleſiæque ipſi, vel beneficio in Diuinis per me ipſum, vel alium ſi iura patientur deſeruiam, nec non inuentarium, vt ſupra dictum eſt titulo ſexto cap. 4. §. 1. & 2. conficiam. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. Hæc dicens tangat Euangeliorum librum.

*Pius Quartus Inſuprema militantis Eccleſiæ.*

## CAPVT SECVNDVM.

## *De Reſidentia.*

CVm præcepto diuino mandatum ſit omnibus curam animarum habentibus oues ſuas agnoſcere, pro illis ſacrificium offerre verbi diuini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere, quæ nullo pacto præſtari poſſunt ab iis, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, vt omnia iura clamant ſacroſancta concilia, & PP. conſtitutiones grauiſsimis additis pœnis præcipiunt; ideo omnes admonemus, & hortamur, vt horum præceptorum memores, facti forma gregis eum in iudicio, & veritate paſcant, & regant; nec licitum ſibi ducant abeſſe à ſuis Eccleſiis niſi quando id Chriſtiana charitas, vrgens neceſsitas, debita obedientia, aut eiudẽs Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas exigit, obtentis nihilominus prius facultatibus, ac licentiis requiſitis à concilio Trid. ac prouinciali Florẽtino, nec non vtroque diœceſano, quorum decreta innouamus, eamdemque vim habere volumus quoad omnes, ac ſingulas pœnas in illis contentas, quam haberent, ſi de verbo ad verbum in hac præſenti Synodo inſerta fuiſſent, non obſtante quacunque conſuetudine, vel potius corruptela in contrarium inducta.

Valde neceſſaria eſt reſidentia.

Innouantur antiqua decreta de reſidentia.

*Toto tit. de Clericis non reſidentibus extra, & in 6. Trid. Conc. ſeſſ. 6. cap. 1. & 2. de refor. & ſeſſ. 23 c. 1. de refor. & ſeſſ. 24. c. 12. de reform. generali. Pius Quartus Inter multiplices curas & in ſuprema Militantis Eccleſiæ. Pius Quintus. Cupientes pro noſtri paſtoralis officii. Synod. prou. Flor. rub. 26. per totam. Synod. Diœceſ. Flor. 1603. de reſidentia. Synod. Diœceſ. Flor. de reſidentia anno 1610.*

§. 2. Quod ſi quorumdam beneficia eccleſiaſtica, & curata obtinentium ea eſſet contumacia, vt neque decretis Concilii Tridentini, neque conſtitutionibus Pii IIII. & V. neque iſtis, & ſuperioribus edictis moniti adduci poſſent, vt in beneficiis ſuis reſideant: Mandamus vt iuſta Concilii Tridentini decretum abſque mora puniantur; reuocantes, caſſantes, & annullantes omnes, ac ſingulas licentias, & facultates, ſiue in genere, ſiue in ſpecie huc vſque de non reſidendo conceſſas. Pręcipientes omnibus præſentatis ad aliquod beneficium, vt ad ſummum, intra duos menſes à die præſentationis, procurent inueſtituram dicti beneficii, alioquin beneficia eorum qui poſt dictum tempus inueſtituram ex negligentia non erunt adepti, veluti vacantia cenſeantur, eoſque iuri ex præſentatione acquiſito renunciaſſe.

Licentiæ nõ reſidendi reuocantur.

§. 3. Monet præterea ſancta Synodus omnes Parochos quibus cappellanos, ſeu coadiutores in ſuis Eccleſiis pro maiori parochianorum comoditate retinere permittitur, ne à propriis Eccleſiis ad libitum abeſſe, aut in illis reſidendo ocio indulgere ſibi fas eſſe putent; quapropter ſi non reſederint; vel ſi reſidendo gregi ſibi commiſſo non inuigilauerint vt par eſt, nec ſuo muneri ſatisfecerint legitimo ceſſante impedimento, ab Ordinario inſcriptis comprobando, intelligant contra ſe ipſos, ac contra non reſidentes vt ſupra dictum eſt, iuris ordine ſeruato procedendum eſſe; propriæ etiam conſcientiæ conſulant ſacerdotes, qui longe ab vrbe beneficiis curatis præfecti ſunt, ea relinquentes, vt pręsbiterorum congregationibus, ac conuentibus interſint, qui in aliquibus vrbanis Eccleſiis quotidie celebrantur; prohibentes omnibus ſacerdotibus curatis extra vrbem Florentinam reſidentibus, eadem in vrbe ludimagiſtri officium exercere, vel huiuſmodi munera abſque facultate de nouo obtinenda obire, aut in vrbe pernoctare, vbi ſi tribus continuis noctibus abſque facultate moram fecerint in carcerem detrudantur, & aliis pœnis arbitrariis afficiantur.

Non pernoctandum in vrbe.

§. 4. Et ne tam multa in caſſum de reſidentia à ſacroſanctis conciliis, & ſummis PP. ſancita ſint ex ignorantia delinquentium, Omnibus plebanis, & eorum vicariis, ac rectoribus in virtute ſanctæ obedientiæ pręcipimus, vt ſaltem ſingulis menſibus diligenter inquirant an ſinguli parochialium Eccleſiarum rectores intra fines ſuæ Plebanię degentes etiam ſi exempti ſint, in propriis Eccleſiis iuſta dicta reſideant, ac muneri ſuo ſatisfaciant, nec non ſub pœna vigintiquinque aureorũ, vt

quam

quam primum Ordinario iudicialiter denuntient omnes delinquentes; qui Euangelica monitione præmiſſa aduc in eodem delicto & damnatione permanent, ac inſuper ſub iiſdem pœnis circiter Kalendas Maii ſingulis annis, ad cancellarium Archiepiſcopalis curiæ notulam tranſmittant, in qua pręſens totius plebanię ſtatus, ac ſingillatim cuiusquæ Eccleſiæ etiam non curatæ, & exemptæ diligenter ſit deſcriptus, nec non quæ de reſidentia perſonali curatorum ſuperius dicta ſunt, & an ſacramenta miniſtrent petentibus, vel indigentibus: an pueros doctrinam chriſtianam doceant, an publicos peccatores tolerent, an aliquis abſque ſacramentis, vel illorum aliquo ex defectù curati deceſſerit, an ipſi ſancte, pieque viuendo proximos ædificent, ſeù potius iuſtas offenſionis cauſas illis præbeant deprauate viuendo; cœteraque ad animarum ſalutem, & Dei gloriam pertinentia ſedulo, diligenterque deſcribant; nec non de ipſis Eccleſiis, & earum bonis mobilibus, & immobilibus certiorem Ordinarium tunc temporis faciant; nempe vtrum ſacra templa ſint decenter ornata, & munda, vtrum Eccleſiaſtica vaſa, & ſacra ſupellex diligenti cuſtodia aſſeruentur, an aliquod ex bonis Eccleſiaſticis alienatum ſit; vel minus fructuoſum factum ex malitia, vel negligentia obtinentium beneficia; denique an ipſæ eccleſiæ, vel domus præsbiterales reparatione indigeant; onerantes plebanorum conſcientias ſi minus diligentes, vel fideles fuerint in executione ſibi iniunctorum; obſecrantes omnes chriſti fideles, ſcientes plebanos, & alios rectores in his delinquere, vt velint ipſi per ſe Ordinario ſaltem vt patri pręd icta deferre, vt pro paterna ſibi iuncta cura neceſſitatibus animarum & eccleſiarum proſpicere valeat.

*Conc. Dioceſ. Flor. anno 1610. de reſidentia.*

Plebani inquirant de reſidentia rectorum ſuæ Plebis.

Inquirant etiam de moribus & anquis quam dixtra xerint, vel alienauerint.

An bona minus fructuoſa facta ſint.

An domus & templa reparatione indigeant.

TITVLVS

# TITVLVS OCTAVVS.

## *De vita, & honeſtate Clericorum.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De Clericorum veſtibus, & reliqua vitæ moderatione.*

CVM ij, qui ſe diuino cultui ſponte mancipa- runt ſint veluti lucernæ accenſæ,& ſuper cande labrum poſitæ vt luce virtutum,ac bonorum operum fulgore luceant omnibus qui in domo Dei ſunt (eccleſia videlicet in terris militanti) ac veluti ſal ad condiendas hominum mentes ne vitiis putreſcant, ac peccatorum vermibus ſcateant à Diuina Sapientia præparatum; omnibus viribus adnitendum eſt; ne delictorum tenebris, & prauo criminum odore tota domus impleatur, ſi ſplendor modeſtiæ,& fulgor pietatis paulatim decreſcentes eę tandem extinguantur,ac ſal infatuatum ad nihil amplius valeat,niſi vt mittatur foras,vel in ſterquilinium ab hominibus conculcandum quaſi lutum platearum, vaſa teſta à ſæcularibus habiti, & opus manum figuli; nec non opprobrium hominum facti veri Nazarei eo quod ſuper carbones denigratę appareant eorum facies,qui candidiores niue,nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo,& ſapphiro pulchriores eſſe debe rent. Quare omnes clericos hortamur in domino,vt exiſtimantes eſſe ſe cum Apoſtolo factos ſpectaculum Deo, Angelis, & hominibus, ita vitam, moreſque ſuos componere ſtudeant, vt habitù, geſtù, inceſsù,ſermone,aliiſque omnibus, nil niſi graue, moderatum,ac pietate plenum præſeferant; leuia etiam delicta,quæ in ipſis maxima eſſent,effugiant, vt eorum actiones cunctis venerationem afferant, & ex illis ſumant quod imitentur, adeo vt *inquit Bernardus neque inſuperfluitate, ſeu inhoneſta varietate colorum, neque in tonſura, intuentium (quorum forma, & exemplum eſſe debent) offendant aſpectum, ſed potius ita in ſuis actibus errata condemnent, & amorem innocentię conuerſatione demonſtrent,*

*monſtrent ſicut dignitas exigit ordinis clericorum.*

*Caiet. in ſumma Ver. Clericorum peccata. Lucas cap. 8. & 11. Matthæi cap. 5. Ierem. tren. cap. 4. Iſaia cap. 10. Ierem. tren. c. 4. Paul. ad Corin. 1. cap. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat. C. His igitur diſt. 23. D. Bernar. lib. 3. de Conſid. ad Eug. ſub finem.*

§. 2. Et ſi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre, vt per decentiam extrinſeci habitus morum honeſtas intrinſeca innoteſcat; itaque præter ea, quæ in ſacris canonibus, & Tridentina Synodo de hac materia ſancita ſunt, in ſpecie obſeruent quæ in hoc ſecundo §. continentur quicunque in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia, qualiacunque eccleſiaſtica, obtinuerint quantumcunque ſint exempti, ſub pœna ſuſpenſionis pro vt in Tridentino dicitur ab ordinibus, officio, & beneficio, ac fructibus, & prouentibus, & redditibus ipſorum beneficiorum, & ſi ſemel correpti denuo in his deliquerint, ſub pœna priuationis officiorum, & beneficiorum: Præsbiteri igitur Diaconi, & Subdiaconi, & reliqui clerici tonſuras ferant ſuis gradibus decentes, & ita abraſas vt omnibus conſpicuæ ſint; capillis ſimplicem cultum adhibeant, neque comam, neque barbam ſtudioſe nutrientes, cum Paulus aſſerat ignominiam eſſe viro ſi comam nutriat, ne dum clericis, qui ob huiuſmodi crimen anathæmati ſubiiciuntur à Gregorio Nono, & ab Alexandro Tercio iubentur etiam inuiti, & repugnantes à ſuis Archidiaconis tonderi: in habitu clericali, nec nimia, & exquiſita elegantia, nec affectata negligentia, aut ſordes appareant; omnes ueſtes nigri coloris ſint, niſi forte alium colorem requirat dignitatis gradus; caligis itidem nigris, aut ex pellibus vtantur oẽs, vel ad ſummũ violacei coloris, id eſt di colore tanè, pagonazzo & bigio ſcuro ſolamẽte, albis nõ niſi pauperiores clerici, vel ruri cõmorantes; omnem nouitatem, & ornatum in veſtitu deuitent, turgidis caligis, & diſſectis abſtineant, & non modo, tibialiis flauis, ceruleis, rubeis, viridibus, & ſimilibus, vllo vnquam tempore, loco, vel occaſione ſe induant, ſed neque alio indumento eiuſdem, vel ſimilis coloris ſub pœna decem aureorum vltra prędictas; exceptis quibuſdam interioribus veſtibus minime conſpicuis ex lana colorata confectis; ad frigus depellendum; vel ex pellibus, ſeu albis aut coloris violacei vt dictum eſt de caligis. Calceos, ac crepidas ad elegantiam non incidant; torques, armillas, ac monilia fœminarum ornamenta reſpuant, anulum non ferant, niſi quibus

Qui teneantur ſeruare ſequentia hic iniuncta.

Tonſuras nõ comam deferant clerici.

Quibus indumentis & cuius coloris clerici vti debeant.

Calcei non incidantur

Vnicus annulus & à quibus ferendus deponendus que in ſacris.

quibus propter officii munus, aut honoris gradum iure conceditur, & tunc vnicum nec magni pretii quem deponere æquum eſſet dum ſacrificatur; extremæ ſubucularum partes ad manus, & collum prominentes, lactucatæ ne ſint, ſeu pinnatæ, vel cremore, ac dente leuigatæ, ſed parum inuerſæ, ac ſimplices. Toga, pallium, ſeu internæ, & externæ veſtes vſque ad talos pertingāt, niſi ſit iter faciendum, vel ruri commorandum; licebit enim tunc temporis habitu contractiore vti & ad iter accomodato, dummodo infra genua ſit productus ſimplex, & clericis congruens.

Collaria ſimplicia veſteſque talares.

§. 3. Nullo vnquam tempore diurno, vel nocturno neque vllis de cauſis domo egrediantur clerici vel extra eam ſint exuti veſtibus clericalibus, & indumentis laicorum propriis veſtiti ſub pœna ſuſpenſionis duorum menſium ipſo facto incurrenda. *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 6. de refor.*

Domo ne egrediantur abſque veſtibus clericorum.

§. 4. In domibus Clericorum nihil appareat quod minime pium, aut purum ſit, procul ſint depictæ immagines, aut alia ſigna quicquam profanum, vel minus honeſtum referentia ſintq; talis generis omnia, vt zelum diuini honoris, & rerum inanium contemptum omnibus oſtendant.

*Canone 41. Apoſtol. C. quando il 1. C. quando il 2. diſt. 44.*

§. 5. Clericorum menſa frugalis, & parca ſit; præmittatur benedictio, ac ſequatur gratiarum actio, & ſi fieri poteſt adhibeatur in menſa ſacra lectio, vt conuiuarum non ſolum corpora cibo, ſed etiam epulis animæ reficiantur, & euitentur detractiones, irriſiones, inanes fabularum narrationes, inconditi riſus, & clamores; fugiant inſuper publica, ac minus decentia conuiuia clerici, compotationes, comeſſationeſque publicas, vbi præſertim fœminæ ſuſpectę interſunt, & vino in quo eſt luxuria ſobrie vtantur, neque eo ſe ingurgitent, vel ad æquales potus ſe ſe obligent, alioſque prouocent, gloriamque in ſobrietate non in ebrietate, & commeſſationibus quærant, iuxta Apoſtolum; paraſiti, ſanniones, iocique ſcurriles nullo pacto permittantur in conuiuiis clericorum; qui ſecus fecerint, nec moniti reſipuerint puniantur; ac pręcipue caueant ne prædicta fiant iis diebus quibus plures clerici conueniunt ad alicuius Eccleſiæ, vel cappellæ feſtum celebrandum, in qua domo tunc temporis, ne dum in menſa, nullus adſit laicus niſi inſeruiens, aut legitima Ordinarii licentia munitus. Tabernas, & cauponas dæmonum arces, animarum lanienas, ſcelerum ſeminaria, vniuerſæ nequitiæ receptacula, & inferni veſtibula; in quibus venter pro Deo colitur, ve-

Menſa frugalis.

Conuiuia fugiant.

Sobrii ſint.

Paraſiti & ſanniones excludantur a Clericorum menſis.

nus

nus inflammatur, omniumque vitiorum fomes, & altrix crapula ebrietaſque triumphat deuitent, nec eas ingredi præſumant ſub pœna vigintiquinque aureorum, pro qualibet vice, niſi eos magna, & vrgens neceſſitas, vel peregrinatio ad eas ingrediendas impellat.

Tabernas ni ſi vrgēte neceſſitate ne adeant.

*C. Conuiuia diſt. 44. C. his igitur diſt. 23. C Dolentes de celebratione miſſarum. Paul. ad Rom. 13. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. C. A crapula & ebrietate de vita, & honeſt. Conc. prou. Flor. de vita, & honeſtate cap. 6. Conſt. antiquæ Flor. de vita & morib. Cleric. cap. 18. C. Clerici il 2. de vita & honeſtate. Paul. ad Philipp. 3. C. non oportet, cum duobus ſeque. diſt. 44.*

§. 6. In domibus canonicorum, parochorum, vel aliorum clericorum in Eccleſiæ domiciliis commorātium, ſuſpectæ fœminæ etiam ſi mater amita, ſoror, aliaue conſanguinea fuerit nullo pacto commorentur; nec vllibi commorari cum clericis mulieres poſſint, niſi probatę pudicitię, & honeſtatis fuerint, & quadrageſimum quintum annum circiter agentes ſi famulari eis debeant, ſub pœna à ſacris canonibus, & Cōcilio Tridentino delinquentibus impoſita; quod vero attinet ad locationes domorum, Eccleſiarum laicis nō faciendas, ſeruetur, quod in prouinciali Synodo Florentina cap. 5. de vita, & honeſtate clericorum ſtatuitur.

Suſpectę mulieris ne conuiuant cum Clericis.

Famulę clericorum annūm quadrageſimū quintū attingāt.

*Synod. prou. Flor. cap. 5. de vita, & hon. C. inhibendum C. Si quis quam de cohabit. &c C. Sed ſi forte cum ſequentibus diſt. 81. Conc. Trid ſeſſ. 25. cap 14. de reform. Synod prou. Flor cap. 3. & 4. de vita, & hon. Clericorum. Conſtit. antiquæ Florent. de vita, & mor. cap. 8.*

§. 6. Domus ruralium parochorum aedibus ruſticorum junctę non habeant cōmunem ianuam per quam ex vna domo, in alteram ire liceat, ſed lateribus lapidibus, ac cæmento quam primum huiuſmodi aditus obſtruantur ſub pœna decem aureorum, ac ſuſpenſionis donec iuſſa impleantur.

Aditus communes obſtruendi.

# CAPVT SECVNDVM.

## *De Armis, Ludis Spettaculis & eiuſmodi à Clericis vitandis.*

Lupanaria fugienda.

NEc domi ꝓpriæ, nec alienæ vllã mulierẽ literis inſtituant, vel pulſandi muſica inſtrumẽta ſcribendi, canẽdiq; rationẽ, aut aliud ſimile doceant clerici abſque licentia obtinẽda in ſcriptis: præterea lupanaria, aliaue ſimilia loca, & meretricum ædes, vel mulierum ſuſpectarum nullo pacto adeant, vel ingrediantur ſub pęna triginta aureorum, nec non arbitrii, ac ſub iiſdem pœnis prohibetur ne mulieres impudicas, vel ſuſpectas intra domos recipiant quas inhabitant.

Suſpectæ fęmimæ vitandæ.

*C. ſed ſi forte C. clerici vel cõtinẽtes 81. diſt. Conſt. Antiquæ Florent. de vita, & morib. Clericor. c. 6. Synodus Diœceſana Flor. 1603. de vita, & honeſt. Clerico.*

Arma non deferenda.

*§. 2.* Exceptis cultellis ad domeſticum vitæ vſum accommodatis, nullum armorum genus portent clerici; quod ſi forte per ſuſpecta loca ſit illis eundum, (quamuis orationes, & lacrymæ ſint clericorum arma potiſsima) Ordinarium conſulant à quo facultatem accipiant prout neceſsitas, & iuſta cauſa requirit; vtantur autem armorum genere defenſiuo potius quam offenſiuo, ſciantque, pugiones, enſes, æneas fiſtulas, haſtas, & huiuſmodi militaria inſtrumenta ex ligno terete cuſpide pręferrata ſibi eſſe omnino interdicta; ac delinquentes pręter amiſſionem armorum pęnam arbitrii, & quadraginta aureorum ſubituros, nec non alias iure canonico definitas.

*C. Clerici de vita, & honeſtate clericorũ. C. Clerici &c cap. quicunque il 2. 23. q. 8. Conſtit. antiq. Flor. c. 17. de vita & moribus clericorum.*

Abſq; lumine non incedendum.

*§. 3.* Edito publico ſigno ad arma deponenda non incedãt abſque lumine luna minime lucente, vel niſi ad matutinũ penſũ perſoluendum cathedralis eccleſiæ campana clericos excitauerit; nec voce, aut muſicis inſtrumentis cantitantes eant maxime per vrbem; alioquin carcere includantur, aut aliter arbitrio Illuſtriſſimi Antiſtitis, & eius Vicarii Generalis puniãtur.
*Synod prou Flor. c. 7. de vita, & honeſtate Cleric Synod. Diœceſ. Flor. anno 1603. cap. de vita & honeſt. Cleric.*

§. 4.

§. 4. Choreas, & ſaltationes priuatas, vel publicas nec agant nec illis interſint, ac multo minus perſonati incedant, haſtiludia, cæteraque profana, & inania ſpectacula fugiant, præſertim comœdias à publicis hiſtrionibus fieri ſolitas, omnino ſibi vitandas eſſe intelligant ſub pœna duorum aureorum, toties quoties illis intererint; in ſcenam vt hiſtoriones non prodeant, ne aures, oculi, ac cętera clericorum membra ſacris officijs addicta ludicris, & impuris actionibus, ſermonibuſque diſtracta polluantur; ab omni colloquio obſcęno eſurrilique abhorreant, meminerint que *nugas inter ſæculares nugas eſſe in ore autem ſacerdotis eſſe blaſphemias*, vt ait Bernardus æxiſtimãs *os Euangelio conſecratum talibus aperire illicitum eſſe, ſed aſſueſcere ſacrilegum*, turpes, ſeù laſciuas cantiunculas nec depromant, nec modulentur; nullibi vnquam canant, aut ſonent dum nocturnæ virorum vigiliæ, fæminarumque conuentus, vel ſæcularium conuiuia, concœnationes, compotationeſque peraguntur etiam ſi matrimonij cauſa fierent.

Choręis nõ interſint.

Publica ſpectacula vitent.

In ſcænã nõ prodeant.

In conuiuiis nõ canteut.

*Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. C. cum decorem de vita, & honeſtate Cler. Conſtit. antiqua Flor. de vita. & honeſt. Cler. c. 16. Synod. prou. Flor. de vit. & honeſt. Cler. C. 6. D. Bernardus lib. 2. de Conſider. ad Euge. paulo ante finem.*

§. 5. Alearum, talorum, & ſimilium ludorum ſpecies, quę fortuna, caſuque magis nituntur quam induſtria, & arte, præter vulgarem tabularum ludum, in quo de tabellis ad teſſerarum iactũ luſorio in alueo diſponendis, & ex eodem præripiendis certatur clericis interdictas fugiant; ita vt non ſolum ludant ipſi, ſed neque teſtes ludentium nec ſpectatores, nec fautores vllo pacto ſint, ſciantque publice ludentes, prædictis ludis, ac pila ſeu folliculo, aut pugillatorio folle, vel globos ligneos oblongo malleo trudendo vigintinquinque aureorum pœnam, ſe eſſe daturos, priuatim vero, qui luſerint aleis, talis ſimilibuſq; ludis quos fortuna magis, quam ludendi peritia regit arbitrarie puniendos.

Qui ludi ſint prohibiti.

*Canon. Apoſt. 41. Diſt. 35. cap. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de refor. C. Clerici il 2. de vita, & honeſtate Clericorum. Conſt. antiq. Flor. c. 18. & Synod. pro. Flo cap. 6. de vita, & hon. Cler. C. interdictos de exceſſibus Prælatorum. Synod. Diœc. Flo. 1603. de vit. & hon. Cler. Nauarr. manu. c. 19. vel 20. n. 6. 9. 10. Rebell. lib. 12. q. 1. n. 10. Leſſius lib. 2. c. 26. n. 5. & 6. de iuſt. Sotus lib. 4. q. 5. art. 2. ante 4. concl. Sairus in Claui regia lib. 11. cap. 12. num. 4. Valentia tomo 3. diſp. 5. q. 5. puncto 5. columna 32. verſ. alterum eſt.*

§. 6. Ab Illicita venatione abſtineant clerici, ac proinde in hunc finem, nec alant, nec habeant vertagos caneſque leporarios, falcones accipitres, & huiuſmodi uenatica animalia ſub pœna canonis, & arbitrij Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Archiepiſcopi. *C. Vnicum de Clerico Venatore. C. Multa ſunt ne Clerici vel Monaci.*

Ne ſint venatores.

§. 7. Balnei, & Fluminis lauacro publice non vtantur niſi neceſsitatis cauſa cognita, & probata ab Ordinario, ac tunc caute, & honeſte, & in locis remotis minuſque ſuſpectis; nullo autem modo clerici natare quemquam doceant.
*Conſt. Antiquę Flor. de vita, & moribus Clericorum, cap. 6. Synod. Flor. anno 1603. de vita, & hon. Cler.*

Thermas ne adeant nec natare doceant.

§. 8. Vt clericorum mores, & actus in melius commutentur quod maxime vellet ſancta Synodus, continenter, & caſte viuere ſtudeant vniuerſi, prę ſertim in ſacris ordinibus conſtituti, de quibus ait ſcriptura, *Sancti erunt Deo ſuo & non polluent nomen eius incenſum enim domini, & panes Dei ſui offerunt & ideo ſancti erunt,* quare caueant, ne qui nutriuntur in croceiis, amplexentur aliquando ſtercora; ab omni libidinis vitio, abhorreant, maxime ab eo propter quod venit ira Dei in filios diffidentię, & ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, ſtatuimus vt qui depræhenſi fuerint aliquo incōtinētiæ vitio laborare prout magis, aut minus peccauerint ſecundum canonicas ſanctiones Tridentini decretum, ac ſanctorum PP. conſtitutiones puniantur; quas diſtricte, & efficaciter obſeruari volumus, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato, quatenus in cōſpectu Omnipot. Dei puro corde, & mundo corpore, valeant miniſtrare; quod ſi quis cū parochiana, vel ſpirituali filia ſeu fœmina quacumque ſecū habitante quocumq; modo habuerit, carnale commercium vltra pęnas à ſacris canonibus impoſitas alijs arbitrariis vſque ad beneficii priuationem extendendis puniatur; & ſi tam immane ſcelus attentatum, & aliquo opere completum à ſacramento pęnitentiæ ortum duxerit, ipſo facto ſuſpenſionem ab officio, & beneficio incurrat, & alias mulctas ſeueriſsime imponendas.
*Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14. de reform. C. ſi quis Clericus cum multis ſequentibus 81. diſt. Bulla Pij Quinti, cum primū edita 1566. Kal. Aprilis. Conſt. Antiquę Flor. de vita, & moribus Clericorum. C. 7. 9. 10. 11. & 12. Synod. prou. Flor. de vita, & honeſtate cap. 9. Bulla Pii Quinti Horrendū illud ſcelus edita 1568.*

*kalendi Septembris. Leuiti c. 21. Ierem. tren. cap. 4. C. Omnes C. ſi quis ſacerdos C. non debet 30. q. 1. Bulla Leonis Decimi in Concilio Later. Supernę diſpoſitionis. C. Vt Clericorum de vita, & honeſtate.*

## CAPVT TERTIVM.

### *De temporalibus, & ſæcularibus negotiis à Clericis fugiendis.*

APoſtolum immitati qui Deo militantes implicare ſe ſæcularibus negotijs prohibet; edicimus ne clerici in ſacris conſtituti, aut Eccleſiaſtico beneficio præditi aduocati, aut procuratoris nomine cauſas agant apud iudices ſæculares, niſi vel ſuæ, vel Eccleſię ſuæ, vel propinquorum ſuorum, aut miſerabilium perſonarum cauſas tueri debeant, accepta prius ab Ordinario facultate,

*2. ad Timot. 2. C. Perlatum diſt. 88. C. Placuit. C. Cyprianus 21. q. 3. C. Sacerdotibus ne clerici vel monachi.*

*§. 2.* Negotiationem, & mercaturam per ſe ipſos ne exerceant clerici, nec proxenetæ vel mediatoris officio fugãtur præſertim tempore, & loco quo fiunt nundinę, & publici mercatus, deque emptione, venditione, ac permutatione agitur animaliũ ad ipſos minime ſpectantium, ſub pœna decem aureorum quorũ medietas delatori detur reliqum arbitrio ſuperiori applicetur; exemplo tamen Apoſtoli honeſtum artificium exercendo, quæ ſibi ad victum forte deeſſent comparare poterunt; pro alijs non fideiubeant, inrequiſito Ordinario, nec aliena prædia lucri cauſa conducant, neque temporalium negotiorum geſtores, aut procuratores ſint abſque eiuſdem licentia ſingulis annis renouanda; diſcumbentibus fœminis, nõ aſſiſtãt, neque ancillentur, aut earum aſſeclæ fiant, ac generatim laicis nullo pacto famulentur abſque prędicta facultate, & ijs in rebus, quæ cum dignitate ordinis minime pugnat; ac nudinas, ac loca illa in quibus laici ad ludos, confabulationes, vel negotiationes conuenire ſolent crebro non adeant; qui in horum aliquo deliquerint carcere, aut alijs pecuniarijs pœnis in pios vſus conuertendis, Iudicio Illuſtriſs. Archiepiſcopi, vel eius generalis Vicarij puniantur; vt in prouinciali Florentina Synodo ſancitum eſt; idemque dictum volumus.

Negotiari clerri interdicitur, ac laicis præſertim fęminis famulari.

volumus, ſi medendi artem exercuerint abſque licentia.

*C. Clerici. C. canonum ſtatutis, cum aliis. 14. q. 4. C. negotiatorem cum plurib. ſeq. diſt. 88. C. His igitur diſt 23. C. multa ſũt C. Ne Clerici, vel monachi. C. ſecundum inſtituta. Eodem titulo. C. Peruenit. diſt. 86. C. finali de uita honeſtate Clericorum. Clem. prima eodem titulo. C. Clericum victum, & C. Clericus quãtumlibet diſt. 91. Conc. Cartag. primum cap. 6. tertium cap 15. Quartum cap. 47 Synod. prou. Flor. C. 8. de vita. & hon. Cleri.*

§. 3. Omnia demum ſpectantia ad vitam, & honeſtatem clericorum à ſacris canonibus Concilijs, & Apoſtolicis ſanctionibus præcepta, prohibita, & conſtituta perficere ſtudeant clerici, pœnas omnes daturi ni pareant, quę in illis impoſitę, & a Tridentino Concilio innouatæ ſunt, aliaſque pręter ea, quas pro delicti qualitate Ordinarius pro tempore exiſtens imponere poterit.

*Synod. Prou. Flor. de vita, & honeſtate. cap. 10.*

## CAPVT QVARTVM.

## *De pijs ac literarijs exercitijs a Clericis ſuſcipiendis.*

NE Iure dici poſſit de quibuſdam ſacerdotibus noſtræ Diœceſis; quomodo hi literas ſciunt, qui non didicerunt, eaſq; addiſcere oderunt, minime conſiderantibus labia ſacerdotum, ſcientiam cuſtodire debere, ac legem domini requirendam eſſe ex ore ipſorũ, quia Angeli domini exercituum ſunt vt inquit Propheta. Summa cum laude, ac ſpe fructus inſtitutæ olim fuere; quædam congregationes pro ruralibus ſacerdotibus, vt illuc cõuenientes mutua charitatis officia ſibi præſtare poſſent tum circa ea, quæ ſibi creditarum animarum curam tangunt, tum circa difficiliora quædam conſcientię dubia quotidie emergentia, quę per vices explicanda erant in huiuſmodi conuentibus; deinde in Archiepiſcopali curia coram Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Antiſtite bis ſingulis menſibus, implexi, ac per difficiles conſcientię nodi, apte, & erudite diſſolui cępti ſunt. Sed quia vt accepimus, ſacerdotes rurales vt plurimum minime conueniunt in eum quẽ debent finem, ſed potius animi cauſa, & ad manducandum, ac bibendum, & oculis noſtris dolentes vidimus, paucos admodum

prædictum

prędictum literarium exercitium in Archiepiſcopali curia fieri ſolitum, licet vtile, & expetendum ada mare; ibique infrequentes adeſſe vrbanos ſacerdotes, dum propoſitę de conſcientia quęſtiones diſſoluuntur. Idcirco primo edicimus vt in poſterum minime liceat apud eundem ruralem curatum, ſępius quam ſemel in anno huiuſmodi conuentus celebrare, nec ibi adeſſe eoq; conuenire, niſi eiuſdem Plebaniæ Sacerdotes, qui de conſcientia propoſitas quæſtiones aptæ diſſoluant, & alia ad Dei gloriã, ſalutemque animarum pertinentia tractent, pium aliquem librũ legant, ac lecta, & audita inter ſe conferant, idemque faciant, dũ neceſſariam refectionem ſumunt quam frugalem, & moderatam eſſe omnino volumus; ſuſpendentes omnes conſtitutiones, capitula, ſeu ſtatuta huiuſmodi congregationum, in quantum poſſumus, ac prædictis contraria ſunt licet antiquiſſima, donec ab Ordinario recognoſcantur, & iterum approbentur. Secundo præcipimus omnibus ſacerdotibus, tum ſæcularibus, tum regularibus habentibus curam animarum in Florentina Vrbe, nec nõ præsbiteris ſæcularibus ad audiendas confeſſiones Florentiæ in quacunque eccleſia etiam cathedrali deputatis, ac monialium eiuſdem vrbis confeſſariis, vt eant ad audiendas caſuum conſciẽtiæ collationes in Archiepiſcopali curia de more faciendas, illiſque interſint; alioquin non parentes, & qui deſiderabuntur, niſi excuſentur grauiſſima de cauſa, vel iuſtiſſimo impedimento, ab Ordinario probando; pro prima vice duos aureos ſoluent, pro ſecunda tres, pro tertia quinque, ac creſcente contumacia Ordinarij arbitrio, grauioribus pecuniarijs, & ſpiritualibus pœnis punientur; quæ pœnæ ipſo iure debeantur cęnobio mulierũ conuerſarum; & ne fraudes committantur ſinguli ante quam ingrediantur aulam, ad audiendas ſolutiones dictarum conſcientiæ quæſtionum, adeſſe ſe ſignificent cancellario Archiepiſcopalis curiæ, vel aliis eius vices gerentibus, quibus etiam mittent excuſationes, qui legitime impediti adeſſe non poterunt; mandantes vt antequam conuentus dimittatur publice legantur eorum nomina qui abſque legitima cauſa abfuerunt; monentes eos, qui omiſerint indicare cancellario, vel eius vices gerentibus ſe adeſſe, vel excuſari debere, habendos eſſe pro abſentibus, & vt tales condemnari poſſe, licet præſentes fuerint, vel iuſtis de cauſis detenti intereſſe dictis diſputationibus minime quiuerint; tandem omnes ſacerdotes hortamur, cum ſæculares, tum regulares, nec

Incipit Edictum congregationũ caſuum conſcientiæ.

De quibus agant Sacerdotes ſimul conuenientes.

Suſpenduntur capitula donec denuo approbẽtur.

Omnes curati & confeſſarii interſint collationibus caſuũ.

Imponuntur pœnæ.

non

non alias eccleſiaſticas perſonas, vt adeo neceſſariæ, vtili, ac laude dignæ exercitationi, adeſſe velint.

*Malach. C. 2.*

# TITVLVS NONVS.

## *De Confraternitatibus Laicorum.*

### CAPVT VNICVM.

Nullã nouã cõſtitutionẽ licet ad breue tẽpus pro locorũ gubernatione, & directione faciãt ij, qui huiuſmodi locis, & ſocietatibus pręſunt, niſi conſulto Ordinario, cumque huiuſcemodi loca ad diuinum cultum, & chriſtianam pietatem augendam dicata ſint Deo, vel eius Virgini Matri, ac cœlitibus in ijs nullo pacto directè agant, aut colloquantur de negotijs ſæcularibus, ſiue de rerum emptione, & venditione ad eorum artem, ſeù exercitium pertinentibus, ne locus ipſe ſit ipſo facto interdictus, gubernatoreſque locorum in pœnam arbitrij Illuſtriſs. Præſulis, vel eius Vicarij generalis incidant prout ſuperiori Synodo ſtatutum fuit, ac multo minus in ijs cõ potationes, & comeſſationes fiant, vel feria quinta in cœna Domini ientaculũ ſumatur vllo modo, ſub ijſdem pœnis prout alias prohibitum fuit; nec inpoſterum dentur carnes coctæ, & ſimilia exculenta, quando feſtum ſocietatis celebratur, ſed tantum panis, vinũ caſeus ſuccidia, grãdius farcimen, vel quid ſimile cũ fructibus apponatur comedentibus prꝑterea nihil, ſub pœna arbitrij; caſſantes, & annullantes omnia capitula, ſtatutaque cõtraria conſuetudinemque immemorabilem quamcumque.

*Inibi nõ tractentur ſæcularia negotia.*

*Nec fiant cõ potationes &c.*

*In feſtis Societatũ quid apponendũ confratribus.*

*Synod. Diœceſ. Flor. 1603. de Confrat. laicorum. Sinod. prou. Flor. Rub. 51. cap. 3. & Diocęſana Superius citata.*

§. 2. Gubernatio prædictarũ confraternitatum viris prouidis, idoneis, & boni teſtimonij committatur, qui velint, & poſſint eorum bona, & iura tueri, nec non huiuſmodi piorum locorum res fructuſque in pios vſus conuertere, ac diſpenſare fideliter; ijs vero quibus hæc gubernatio ſeù adminiſtratio committetur ad inſtar tutorum; & curatorum iuramentum præſtent; inuen-

*Quibus demandanda cura confraternitatum.*

inuentaria de bonis conficiant, & ſingulis annis rationem ſuæ adminiſtrationis reddant, quibus de iure debent.

*Trident. Concil. ſeſſio. 7. capitul. vltimo, & ſeſſion. 22. capit. 9. de reformatione. Clement. quia contigit §. Vt autem de religioſis domibus.*

§. 3. Et ſi quæ ſuperius dicta ſunt, tit. 1. cap. 4. §. 9. de prædicatione verbi Dei, ſatis ſuperque eſſe poſſent ad euitanda incõmoda, quæ ex imperitia, & ſimplicitate laicorum ad populum verba facientium in aliquibus oratoriis, ac religioſis domibus, & ſimilibus locis emergere non eſt dificile; prouinciali Florentinæ Synodo, & Diœceſanę inhærentes; præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis gubernatoribus, cuſtodibus, confratribus, & aliis quibuſcumque laicis ad huiuſmodi cõfraternitates confluentibus, ne poſt hac ipſi concionari, aut verba facere in dictis locis vel ſocietatibus, &c. de rebus difficilioribus ad chriſtianam fidem, & catholicam religionem pertinentibus, aut quæſtiones Theologicas, vel ad conſcientiam ſpectantes tractare, ſacramque ſcripturam interprętari, aut explicare: hoc, vel illud eſſe mortale peccatum, ſeu veniale definire, vllo pacto directe, vel indirecte prę ſumant, ſed laici, qui priuatim in huiuſmodi locis, de rebus piis voluerint verba facere, ab Ordinario diligenti examine, de vita, moribus, & doctrina præmiſſo, facultatem in ſcriptis prius obtineant ſingulis annis renouandam; quæ licentia concedatur dumtaxat, & valeat ſolum ad habendos morales, ſimplices, familiareſque ſermones, quibus ſodales ſuos ad virtutes cohortari, & à vitiis deterreri ſolent; nullo vero modo ad agendum de ſuperius prohibitis; quod ſi ex malitia, vel negligentia in prædictis deliquerint, ſciant loca ipſa eccleſiaſtico interdicto eſſe ipſo facto ſubiecta, gubernatores vero locorum, nec non verba facientes excomunicatione plectendos, aliiſque arbitrariis pęnis eſſe puniendos. Ac ne quis ignorantiam prædictorum præſumere iuſte poſſit, mandamus vt omnia ſupradicta vna cum iis, quæ ſuperius tit. 1. cap. 4. §. 9. dicta ſunt intra tres menſes a promulgationis die referantur in librum capitulorum, ac legantur publice patrio ſermone bis in anno videlicet Kalendis Nouembris, & Maii ſub pœnis prædictis: in oratoriis autem, & confraternitatibus ruralibus, nullo

*Laici in oratoriis ne uerba faciant.*

*Quibus quomodo & ad quæ danda facultas dicẽdi.*

*Pœnę contra facientium.*

*Referẽda hęc in librum capitulorum & legenda quotannis.*

modo habeatur concio, iis diebus, quibus in Eccleſia parochiali prædicatur.

Non concionetur in oratoriis ruralibus.

*C. adiicimus 16. q. 1. C. Excõmunicamus §. quia C. ſicut in vno de hęreticis. Synod. prou. Flor. de Confrat. laicorum cap. 2. Synod. Diæceſana ann. 1610. titulo eodem.*

An obligationes cõfraternitatum impleantur inquirant parochi.

§. 4. Parochi rurales animaduertant, an confraternitates in propria parochia exiſtentes, ſatisfaciant obligationibus, & impleant legata, ac pia opera, quæ per ipſos confratres executioni mandanda ſunt, & Ordinarium moneant, eorum conſcientias onerantes, ſi negligentes extiterint in adhibenda diligentia, vel monitione.

# TITVLVS DECIMVS.

## *De Religioſis Domibus.*

### CAPVT PRIMVM.

Prope monaſteria fœminæ impudicæ non habitent.

VT Religioſarum domorum ratio habeatur præſertim in quibus Deo dicatæ virgines perpetuo habitant, vt olim florentinis municipalibus legibus ſtatutum fuit, ac deinde receptum, & confirmatum a Prouinciali Florentina Synodo interdicimus ſub pœna in eadem Synodo ne fœminæ publice inhoneſte viuentes ducẽtis cubitis, prope monaſteria monialium domicilium habeant.

*Synod. prou. Flor. Rub. 13. de immunita. Eccleſiarum.*

# TITVLVS VNDECIMVS.

## *De Medicis, teſtamentis, & ſepulturis.*

### CAPVT VNICVM.

*Medici moneant aegrotos vt confiteantur.*

CVM Infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino, languido quem ſanauerat, ***vade noli amplius peccare, ne deterius quid tibi contingat***, ac remota cauſa remoueri effectum neceſſe ſit, iuxta decretum Lateranenſis Concilij, & Pij quinti ſanctiſſimã conſtitutionem decernimus, vt omnes medici cum ad infirmos lecto iacentes vocati fuerint ipſos ante omnia moneant, vt idoneo confeſſario omnia peccata ſua iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neque tertio die elapſo vlterius inuiſant, id minime exequentes, niſi longius tempus ad expiandum lecto decumbentis animum confeſſarius indulſerit; meminerintque ſe de obſeruanda Pij quinti conſtitutione iuſiurandum præſtitiſſe, ac præter æternæ pœnæ reatum alias grauiſſimas à prędicto concilio, & conſtitutione ſtatuta ſubituros.

***C. cum infirmitas de pænitent. & remiſſ. Pius V. ſupra gregem dominicum.***

*Tabelliones nota faciant Ord. pia legata.*

§. 2. Monet omnes Tabelliones, & quoſcumque defunctorũ vota deſcribentes, nec non donationes cauſa mortis, Sancta Synodus; vt de omnibus legatis ad pias cauſas iuſta alias ſtatutum in antiquis conſtitutionibus Florentinis, intra decem dies a die mortis teſtatoris certiorem faciant Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Archiepiſcopum, vel eius generalem Vicarium, vt adnotentur in libro Archiepiſcopalis curiæ, ſub pœna excõmunicationis, & decem aureorum; quam pęnam ſtatim incurrere voluit notarios elapſis illis decem diebus ſuperius aſſignatis, quò ad legata in poſterum facienda, quia quoad præterita attinet, præcipit ſub iiſdem pœnis vt intra terminum vniusmenſis, ad Ordinarii notitiam deducant ea, quæ credunt, aut ſciunt aduc impleta non fuiſſe. Porrò vt prædictorum legatorum memoria facilius cuſtodiatur, mandamus retineri librum in Archiepiſcopali curia, in quo diligenter iſta legata adnotentur ſimul cum nomine no-

*Synod. Diœceſ. Flor. anno. 1610.*

*§. 6.* Cęmeteria ad ſepulturam chriſtianorum deſtinata, maxima cum irreuerentia ac populorum non mediocri, vt videre eſt; ſcandalo neglecta nimis, ac ſordibus expoſita aliquando cernuntur, nec raro dum vnius corpus humatur, alterius oſſa inhumata, & diu effoſſa conſpicienda manent; quare tam ſanctum opus ea qua par eſt pietate, ac diligentia exequantur deinceps parochi, locaque ad humanda fidelium corpora deſtinata clauſa, & munda ſint, vt nec beſtiis peruia eſſe queant, nec re aliqua ſordida valeant inquinari: ac multo magis caueant ne polluantur eorum eiectis cadaueribus, qui nominatim excomunicati denunciati, vel publici percuſſores clericorum, abſque abſolutione deceſſerint, vel manifeſti vſurarii; & aliorum, qui ab eccleſiaſtica ſepultura repelluntur; ne pœnas ſubeant quas ſacri canones optimo iure non parentibus imponunt. præterea in eccleſiis vbi non ſunt effoſſa ſepulcra ad excipienda cadauera, ſub pœna duorum aureorum eccleſię pauimentum per ſe, vel alios, rurales parochi ne effodiant, ſed in cœmeteriis vel aliis ſepulturis illa recondant.

Cœmeteria clauſa; & mūda ſint.

Ab eccleſiaſtica ſepultura repellendi.

Eccleſiæ pauimentum non excaueant.

*Synod. Prou. Flor. de ſepulturis rub. 48. c. 2. C. quamquam de vſur in 6. Clement. 1. de ſepulturis. Syluester verbo ſepultura nu. 9.*

*§. 7.* Eo proceſſit inanis honoris ambitio, vt non ſolum viuentium hominum ſuperbia ſemper aſcendat, vt dicit ſcriptura, ſed defunctorum etiam, cum paſſim cernantur in templis mox tumulanda cadauera adeo in ſublime locata, tot ſtipata facibus, vt diuorum corpora, ac ſanctorum venerandæ reliquię, nec ſublimius, nec maiori cum pompa mortalibus poſſint adoranda proponi, & vtinam ſemper ipſum viuentis Chriſti Corpus ſanctiſsimum tanto apparatu in publicis ſupplicationibus appareret, quāto marcida fœtenſque vermiculi caro ſpectanda proponitur non ſine magna offenſione fidelium, intra ſe cogitantium; & dicentium abſurdum eſſe, corpora quodammodo efferri in cœlum dum adhuc ſpiritus in terræ viſceribus detinetur, purgatorio igne mundandus. Quare exceptis Principū cadaueribus, nullo modo in poſterum adeo excelſe defunctorum corpora collocētur in templis, vt prætereuntium capita ſuperent, circa quæ ſex tantum funalia maiora, ac duodecim minora colluceant. Qui vero altius, vel maiori facularum vi cadauera inibi exponi curabunt, vel per ſe, aut alios exponent, ſiue hæredes, ſiue

In tumulandis cadaueribus modus adhibendus.

Funeralia moderāda.

con-

cõſanguinei, aut affines, ſiue fabri lignarii, aut veſpillones fuerint ipſo facto eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, per quod eccleſiaſtica ſepultura priuentur, denunciandi poſt annum, & publicandi à quo abſolui minime valeant, tam ante, quam poſt denuntiationem; niſi prius ſoluerint aureos viginti, monaſterio conuerſarum mulierum, per hæc tamen fidelibus minime interdicitur, quin prope aram maximam, ac reliquas minores, nec non in aliis eccleſiæ partibus, quot voluerint faces accendant, & collocent. Porrò facies cadauerum laicorum, & eorum qui non ſunt preſbiteri ſit ad altare conuerſa non ad populum; quod ſacerdotum cadaueribus conuenit.

Quo ſitu collocanda cadauera.

*Ritual. Rom. nou. de Exequiis.*
*Pſal. 73.*

# TITVLVS DVODECIMVS,

## *De puerorum expoſitione, & ſuffocatione.*

### CAPVT VNICVM.

Infãtes pauperu n exponantur.

ADMONET parentes Sancta Synodus ne filios ſuos infantes quos alere tenentur etiam induſtria adhibita in hoſpitalibus alendos exponant, ſciantque ſe ad reſtituenda alimenta omnino teneri, ſi quicquam omiſerint ex iis quæ facere poſſunt.

*Synod. prou. Flor. Rub. 50. cap. 4. Lapus à Nauarr. citatus in man. cap. 16. num. 48.*

Abſque capſula puelluli, cum nutricibus &c. incubilene ſint.

§. 2. Vt manifeſta, ac crebra puerorum ſuffocandi pericula vitentur, ſingulis ſaltem menſibus declarent parochi inter miſſarum ſolemnia huius facinoris grauitatem, perpetrandi facilitatem, & euidens periculum, mulieribuſq; ſuis, vel alienis infantibus lac præbentibus præcipiant, vt eos nullo modo ſecum in lecto abſq; capſulis habeant, pœnas illis, & eorum viris minitando, ni paruerint, quas prouincialis Florentina Synodus contra huiuſmodi delinquentes ſtatuit, & decreuit.

*Synod. prou. Flor. Rubr. 49. cap. 1.*

TITVLVS

# TITVLVS DECIMVS TERTIVS.

## *De Adulterio, Stupro, &c.*

### CAPVT VNICVM.

SCIANT concubinarii ac coniugati, ſolutique, mulieresque ſimiliter coniugatæ & ſolutæ, cum alienis viris publice viuentes, ſe ex Tridentini decreto poſt canonicam monitionem, excõmunicandos eſſe, nec abſoluendos, donec re ipſa paruerint, & ſi neglectis cenſuris in concubinatũ per annum permanſerint, contra ipſos ab Ordinario pro qualitate criminis procedendum eſſe, inuocato ſi opus fuerit brachio ſæculari, ad eiciendam huiuſmodi peſtem ex Diœceſi, vel alio loco prout eidem Ordinario videbitur; permanẽtibus nihilominus in ſuo robore aliis pænis adulteris, & concubinariis inflictis. In virtute igitur ſanctæ obedientiæ præcipimus omnibus parochis, vt diligenti inquiſitione præmiſſa, huiuſmodi viros, & mulieres publice delinquentes, Ordinario infra menſem denuntient, vt ipſe pro ſua paſtorali cura tanto malo occurrere poſsit, prædictis, aliiſque remediis adhibitis.

*Concubinarii publici denuntiandi à parochis.*

*Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 8. de reform. Matr. Synod. prou. Flor. rub. 38. cap. 1.*

§. 2. Si quis parentum nefarium illud ſcelus commiſerit, vt lucri gratia proprias filias ſtuprandas violandaſque proſtituat, carceri mancipetur, vel ad triremes mitra dehoneſtato mittatur prout Ordinarius iudicabit ac delinquentis conditio requiret.

*Pœna proſtituentiũ proprias filias.*

*Synod. prou. Flor. vbi ſupra C. 3.*

§. 3. Cætera vero atrociora incontinentiæ crimina, quę in hominum mentes haud venire deberent, quicunque illa commiſerit, vltra pœnas à ſacris canonibus ſtatutas ſeueriſsime punienda eſſe non ambigat.

TITVLVS

nihilq; eorũ omittere deberent, quæ ad hãc verã cognitionem cõparandam conducere poſſunt; Et quia puellarũ ingenium timidũ per ſe eſt, verecundũ, & aliquando pertinax, licet nulla ratione, vera, aut apparenti ſuffultũ, ideo magna dexteritate, & pio quodam artificio vtentes, animi earum ſenſa potius venari, ac veritatem in imo pectore velut in altiſsimo puteo latentem, expiſcari quam expreſſam, & apertam eiuſdem confeſsionem elicere & extorquere conentur cum non raro id mente pernegent quod ore confirmant, illudque appetere ſimulent, à quo maxime abhorrent, eademque, ac maiore diligentia uti volumus eos, qui ad examinandas huiuſmodi virgunculas prò tempore mittentur, eorum conſcientias reſpectiue grauiſsime onerantes, ſi forte rem tanti ponderis, ex qua animarũ ſalus cænobiorum pax, tranquillitas, & obſeruantia vt plurimum pendent, tranſigant oſcitanter: cum longe eligibilius ſit, puellas morte afficere, quam ſpirantes, inuitas, & coactas in monaſterium detrudere, id eſt, in deſperationis baratrum deturbare; & earum animas in æternum miſerrime perdere. Quia & ſi genus vitæ per ſe ſanctum, iucundum, & diuina repletum dulcedine ac beatitate exiſtat, non omnes capiunt verbum iſtud, ſed ſolum eæ, quæ poſſunt; ideſt, quæ a Deo vocatæ, & eiuſdem efficaci auxilio adiutæ, a Patre luminum tractæ, currere poſt eius filium in illius vnguentorum odorem, non mandatorum tantum, ſed & conſiliorum ſemitam, elegerunt.

Probanda diligenter puellarum ad religionem vocatio.

*Matthæi* 19. *Ioann.* 6. *Cantica* 1.

§. 3. Abſque ſpeciali Illuſt. Arch. vel eiuſdem generalis Vicarii licentia nullo pacto liceat puellam quamcumque à monialibus receptam, ſacris veſtibus induere, niſi poſt ſex menſes à die acceptationis computandos, ac poſtquam per ſe ipſam legerit regulas, & conſtitutiones monaſterii cuius inſtitutum ſequi vult, ac præterea patrio ſermone audierit legere 14. titulum huius Synodi, attenteque legerit, & perpenderit quæ ex eodem Synodo mandante Illuſtr. collecta italice impreſſa fuere quo tempore elapſo cęteriſque peractis, vt omnis tumultus euitetur, ab intimis propinquis, puella ad eccleſiã mane comitata, ibiq; miſſa audita, ac ſacroſancta Euchariſtia refecta, cęteriſque cęremoniis adhibitis, corã reliquis monialibus, à confeſſario, vel monaſterii Superiore habitũ monachali deuote veſtiatur, eique non gentilium, ſed ſanctarum fœminarum nomen imponatur; moneaturque amplius ſibi è ſeptis mona-

Poſt ſex menſis à die acceptationis ueſtiendæ puellæ.

Gentilium fœminarum nomina non imponenda.

iterū exire minime licere, niſi forte ante profeſsionem pœniteat ſe veſtes monachales ſuſcepiſſe.

Vbi non eſt Tyrocinium non inſtiantur nouæ moniales.

§. 4. Inſuper diſtricte præcipimus, vt in monaſteriis, in quibus ad huc tyrocinii locus non eſt deputatus, ſi commode fieri poſsit quam primum deputetur: eorum vero cænobiorum moniales, quæ renuerint arbitrii pœnam incurrant illiſque tandiù interdictum ſit fœminas ad habitum monacalem ſuſcipiendum admittere, illasque eo induere, donec dicto obedientes ſe præſtiterint.

Quot annos habere debeant admittendę ad religionem & profeſſionem.

§. 5. Vt libertati profeſsionis virginum Deo dicandarum proſpiciatur: decernimus, puellam habitum religionis ſuſcepturam minorem quā duodecim annorū eſſe non poſſe; eamdemque decimum ſextum excedere debere, vt valide profiteatur, ante quod profeſsionis tempus, iterum exploranda diligenter erit virginis voluntas, & perpendendum coacte ne, an ſponte profiteatur, an ſciat quid agat, vel potius ignoret, an decepta, vel ſeducta fuerit, & an reliquas conditiones habeat ad libere, & cum Dei gloria profitendum requiſitas, cuius profeſsionis tempus ne lateat Ordinarium præfecta monaſterii teneatur eumdem de profeſsione facienda certiorem facere per menſem ante prædictum profeſsionis terminum, & curare, vt prædictum examen fiat ſemotis arbitris, ſumma cum diligentia, ac tempeſtiue.

*Trid. ſeſſ. 25. c. 17. de regu. & monial. Alexander Medices Archiep. Flor. S. R. E. Cardin. & Leo. XI. in edicto lato ſub die 27. Ianuarii anno 1588.*

Bonorum renuntiatio quando facienda.

§. 6. Nulla bonorū renuntiatio à nouitiis fiat, niſi iuxta Tridentini Concilii pręſcriptum; dies annuſque quo facta eſt profeſsio adnotetur in libro ad hunc vſum parato, adhibita publica notarii fide. Nullo pacto excipiantur conuiuio propinqui monialis nuper profeſſæ in aedibus exterioribus monaſterii, vel iis adiunctis etiam ad hæc munera deſtinatis, idemque ſeruetur in prima habitus ſuſceptione, niſi forte extra vrbes, & oppida monaſterium ſit.

In ędibus monaſterii exterioribus cōuiuia ne fiant.

*Trid. ſeſſ. 25. c. 16. de regul. & monial. Synodus prou. Florent. de Monial. rub. 52. cap. 13.*

Nō differēda profeſſio.

§. 7. Nullo pacto differatur profeſsio vltra annum expletum, ſed ſtatim fiat, quæ vero directæ, vel indirectæ auſerint huiuſmodi religionis actum impedire, ſint excōmunicatę, & inſuper ſi præfectę monaſterii fuerint etiam ipſo facto officio ſe abdicare

abdicare cogatur, quo profeſsionis actù antianitatis iura incipiant in poſterum, non a religionis ingreſſù. Quando incipiat iura antianitatis.

§. 8. Cum Virgines Deo dicatæ velandę erunt, vel conſecrandæ, populorum concurſus, & tumultus omnes euitentur qui ſolent mentis vagationem inducere, vanaſque ſollicitudines afferre, animumq; perturbatum, & varias in partes diſtractum reddere, ne quo magis coniuncta Deo mens noſtra eſſe deberet, & populi ſui, ac terrenarum rerum oblita, vt concupiſcat Rex decorem ſuum, eo magis ſit ab ipſo Deo, rebuſque diuinis aliena, ac ſæcularibus negotiis implicata. Quare abſque pompa, & ſtrepitu in poſterum fiant huiuſmodi ſacræ cęremoniæ. Abſque ſtrepitu velentur virgines.

*Pſal.* 44.

## CAPVT SECVNDVM.

## *De iis quæ ad Diuinum cultum Deo exibendum per Moniales pertinent.*

CVm Cœli Principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum procul dubio reperiantur, intelligant virgines Deo ſacræ ſuas præcipuas partes eſſe, Deũ Creatorem ſuum, mundique ſeruatorem laudare, eidemq; gratias agere, & ab eodem enixe petere, vt gratiam ſuam omnibus hominibus ad ſalutem impertiat, vnde officium diuinum nocturnum pariter, & diurnum quantum eis Deus dederit ſtudioſe celebrent, & deuote; alacriter diu, noctuque chorum frequentantes memores dauidicæ deuotionis, & pietatis, media nocte è regali thoro ſurgentis ad confitendum domino, cui ſepties in die laudes decantabat. Deuote, & attente officiũ recitandum. Fugiant cantus minus decentes.

*Pſal* 67. *C. dolentes de celebratione miſſarum.* *Pſal.* 118.

§. 2. Singulæ moniales, ex odeo exturbent ſonos omnes, cãtuſque minus decentes, ac ſpirituales, colloquia item, riſuſq; & quicquid indignum eſt Diuino conſpectù, ac maieſtate, quã alioquntur; ideoque præfecta monialium acriter repręhenderè, ac punire minime vereatur quamcumque repererit contra prædicta delinquere.

§. 3. Quotidie omnes ſacro decenter interſint, ac ſacroſan-

Quotidie ſacrum audiāt & propriam ſcrutentur cō ſcientiam.

cta myſteria, quæ ſacerdos manibus tractat, eadem illæ Deo intenſa mentium deuotione commedent, conſcientiam ſemel ſaltem in die ante cubitum ſingulæ diligenter excutiant, gratias agentes Deo, pro receptis beneficiis, & ab eodem culparum veniam, per Chriſti ſanguinem ſuppliciter depoſcentes; orationibus, meditationibuſque rerum diuinarum, & piorum librorum lectionibus maximam temporis quam poterunt partem tribuant præſertim diebus feſtis: nullaque deſideretur dum conciones habentur, otiūq; ſuper omnia fugiant, ex quo mala cuncta procedunt.

Crebro confiteantur & communicent.

§. 4. Non tantum ſingulis menſibus, animarum ſuarum maculas expient, & altaris ſacramentum ſuſcipiant, ſed crebrius ſe tam ſalutari præſidio muniant, ne dum obliuiſcuntur commedere panem ſuum, illis optimo iure dicatur, *ideo inter vos multę infirmę, & imbecilles, & dormiunt multæ*, quę tandem euigilantes ad aduentum ſponſi, nec habentes oleum in vaſis ad ornandas lampades ſuas excludantur a nuptiis dum illud emere coguntur à vendentibus.

*Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de regul. & Monial. Pſalm.* 101. *Paul. ad Corint. 1. c. 11. Matt. 25.*

Sæpius legatur publice regula.

§. 5. Ne ex ignorantia regularum, & earum conſtitutionū, quę ſeruari ab omnibus debent, Dei cultus, & regularis diſciplina deferueant; ſæpius in anno, vel in capitulis, vel in refectorio alta, & clara voce legantur eædemq; omnibus ſine vlla difficultate tranſcribendæ ſeu priuatim legendæ tradantur.

*Conſtitutiones antiquę de Monial. cap. 9.*

§. 6. Illis diebus quibus ſacroſancta Euchariſtia reficiuntur moniales, ac quoties dies feſti ex præcepto celebrantur, tēpore etiam aduentus, & quadrageſimæ, & in peruigiliis ab Eccleſia præceptis ac omni tempore quo diuina decātantur officia nulla monialis cū externo loquatur, niſi neceſsitas aliud poſtulet.

CAPVT

## CAPVT TERTIVM.

# *De pertinentibus ad paupertatis votum.*

ET ſi Religioſus non ſit profeſſionis trangreſſor ſi non ſit pfectus, eſt tamen ſi contemnat ad perfectionem tendere p votorum præſertim obſeruantiam, & religioſæ in primis paupertatis, quæ prima perfectionis baſis, ac fundamentum eſt, dicente domino, ſi vis *perfectus eſſe, vade vende omnia, quæ habes & da pauperibus, & veni ſequere me*; quare ne nutante baſi totum corruat ædificium, hortamur omnes vt eam perfecte pro viribus ſeruare, eiuſque culmen, ac perfectionem quantum Deus dederit propius attingere velint; quod vt facilius aſſequantur huius voti naturam breuiter explicabimus; quæ ſine dubio in eo ſita videtur vt Regularis quicumque nihil velit habere poſſidere, vel vti tanquam proprium, ideſt affectù retinendi iure ſuo, ſeù independenter à Superioris voluntate, ſed tanquam merum vſuarium ſolum vſum facti habẽtẽ ſe gerere, circa ea quę ſibi ad vſum à ſuis prępoſitis permiſſa fuerint; vnde aperte ſequitur nullum dominii actum circa externa bona habere poſſe regulares abſq; licẽtia quare nec alienare, nec mutuo, vel cõmodato dare; aut diſpenſare, vel ſibi vſurpare quicquam ex iis, quæ domi fuerint, vel ad conuentum quoquomodo ſpectauerint abſq; legitima ſuperiorum facultate tacita, vel expreſſa minime poterunt; nec etiam abſque eorum conſenſu tacito, vel expreſſo ab externis, aut domeſticis quicquam accipere, vel abſcondere ſi quid habeant, vt hoc pacto illud liberæ ſuperioris diſpoſitioni ſubducãt; quinimo nec expendere ea quæ ſibi à ſuis ſuperioribus conceſsa fuerint in rebus vanis, & illicitis, ſed in rebus piis dumtaxat vtilis, neceſſariis, & honeſtis, ad quas ſecundum iura ſolum dare valent licentiam non ad alias præpoſiti regulares, qui facultatẽ adminiſtrandi monaſterii bona in ædificationem, non in deſtructionem regularis obſeruantiæ, ac diſciplinæ receperunt; tandem eam deberent adhibere diligentiam regulares in rebus ſibi ad vſum permiſſis conſeruandis, quam bonus, & prudens vſuarius, qui precario aliqua re vteretur adhiberet; omnia ſuperflua religioſam mediocritatem excedentia à ſe ipſis omnino abdicantes, vt Trid. Synodus ſanctiſſime docet, & veros pauperes decet cauen-

Vis voti pauptatis explicatur.

Quantitas ſufficiens ad peccandum mortaliter.

cauentes ne in vitium proprietatis incidant, fureſque, & ſacrilegi ſimul ſint, cum non facile excuſentur à mortifero proprietatis crimine religioſi, qui non per minima, ſed ſimul, rem valoris trium, aut quatuor iuliorum inuitis quoad ſubſtantiam prælatis ſubripiunt; cum hæc quantitas, etiam in filiis familias, quibus religioſi in hac re comparandi videtur ſufficiens ſit (vt boni ſentiunt auctores) ad peccatum mortale furti contrahendum, quando parentibus non modus accipiendi dumtaxat, ſed ipſa per ſe rei familiaris acceptio rationabiliter diſplicet; neque hanc opinionem rigidam, nimis, & ſcrupuloſam quiſpiam iudicet, quia non ſpernendi doctores multo minorem quantitatem ſufficere aſſerunt ad peccandum mortaliter, ſi abſque legitima licentia vſurpetur.

*D. Thom. 2. 2 q. 186. art. 2. ad pri. & in o. Matt. 19. Cap. cũ ad Monaſterium. C. monaci de ſtat. monaco. C. Ioannes fratrer de regularibus. C. exiit de verborum ſignificat. in 6. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 2. D. Thom ſecunda 2. q. 186. art. 3. in o. C. cũ ad monaſt. citatum §. Si quicquam alicui. C. ſuper quodam de ſtatu Monacho. C. Fraternitatem de donationibus. Paul. ad Cor. 2. cap. 13. Clem. 1. de ſtatu monaco. Trid. ſeſſ. 25. ca. 2. de regul. & Monia. Nauarr. Comm. 2. de reg. num. 20. Petrus Nauarra lib. 3. de reſt. cap. 1. num. 35. & 182. Leſſius de Iuſti. lib. 2. cap. 41. num. 79. Rebell. de obligat. Iuſt. lib. 3. q. 15. ſec. 3. Rodriques de Regularibus tomo 3. q. 29. art. 10. Nauarrus tomo 1. conſil. lib. 3. tit. de Regularibus conſil. 75. Stephanus Quaranta verbo caſus reſeruati num. 9. Azor tomo 1. lib. 12. cap. 12. q 6.*

Plures communitatis aſſignantur gradus.

§. 2. Licet vna ſit paupertatis religioſę natura, & ad proprietatem tollendã vis eadẽ in omnibus illi ſit qui eam ſolemniter Deo vouerunt, nec medium inter proprietariam vitam, & communem (id eſt non proprietariam) cadere poſſit, cum illa in proprii abſoluta, vel vſurpata poſſeſſione ac dominio vero nulloque ex capite impedito, vel vſurpato fundata ſit; hæc in eiuſdem poſſeſſionis proprii, & dominii negatione; plures tamen veluti gradus vitæ communis accidentaliter diſtincti cum Clemente VIII. ac variis regularium viuendi rationibus dari affirmare debemus, alios perfectiores, & tutiores, imperfectiores alios, & minus tutos; quorum omnium perfectiſſimus, & tutiſſimus ille eſt, in quo veſtes laneæ, lineæ pelliceæ, & cuiuſuis generis in communi loco aſſeruantur, & in ſingulas hebdomadas,

Primus cõmunitatis gradus.

menſes

menſes, & annos in vſum cuiuſque diſtribuuntur; quibus qui ii præficiuntur, vt eas cuſtodiant, excutiant, purgent, reſarciant, renouent; vbi nullus habet apud ſe veſtes, præter eas quæ ad quotidianum vſum neceſſarię ſunt, nullus dona ad ſe miſſa accipit, vel in ſuum vſum conuertit, niſi conſcio, & conſentiente ſuperiore, nullus apud ſe pecuniam tenet, præter eum, cui bonorum communium adminiſtratio, & cura committitur; nullus item in cella quicquam habet, vel ſuperfluum, vel minime neceſſariũ ad ſuum vſum à ſuperiore conceſſum; ſed totum eſt ſtatui paupertatis quam profeſſi ſunt conſonans, & conueniens; vbi denique communis eſt victus, communis menſa, communis veſtitus in communi aliquo loco ſolitus aſſeruari, vbi omnia arbitrãtur, *vt ſtercora vt Chriſtus lucri fiat & ſicut fœnum tectorũ, quod prius quam euellatur exaruit, de quo non implet manum ſuam, qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit*. Huic excellentiſſimo paupertatis gradui, ſuccedit alius in perfectione proximus, & ad eumdem aſſequendum optime diſponens; in quo regulares, præſtationes omnes, ac ſubuentiones ſibi aſſignatas, & quicquid lucri eis prouenit ex artificiis à ſe exercitis, ſuperioribus fideliter notum faciunt, ac re ipſa tradunt in certo libro notandum per communes conuentus miniſtros exigendum aſſeruandum, in vſum ipſorum regularium pro ſingulorum neceſſitatibus de ſuperiorum conſenſu ex toto, vel ex parte per eoſdem publicos miniſtros conuertendum; vbi permittitur cuilibet regulari modica quędam pecuniæ portio, ex iis pecuniis, quæ ad eumdem regularem pertinerent, niſi obſtaret paupertatis votum (puta dimidium aurei in menſes ſingulos pro minutioribus indigentiis in dies emergentibus) reliquum in alios communes monaſterii vſus ſingulis annis à ſuperioribus perfecte impenditur. Hunc ſequitur tertius gradus omnino illi perſimilis, ab eo tamen aliqua ex parte diuerſus, quia etſi præſtationes, & ſubuentiones, prædictæ, & artificii lucra, maneant apud communes cęnobii officiales, & ex eorum manibus accipiantur, quodque ex eis ſupereſt, in vſus communes à ſuperioribus conuertatur, expenduntur nihilominus ſubuentiones prædictæ. &c. per manus ipſiuſmet religioſi particularis, abſque vlla opera publici miniſtri, in quo cum à primi, tum à ſecundi gradus perfectione recedit. Quartus verò communitatis modus, ſeu ſtatus omnium infimus, & à perfectione religioſæ paupertatis maxime diſtans, in quò maiora pericula violandæ promiſſæ paupertatis imminent, cũ ſingulis

Secundus cõmunitatis gradus.

Tertius cõmunitatis gradus.

Quartus gradus cõmunitatis.

lis regularibus, tunc communitati vniuerſæ, in quem facillime proprietas ſenſim ſine ſenſu inrepere, ibique abſcondere ſeſe, ac totius monaſticę diſciplinæ fundamenta conuellere, ementita cõmunitatis, & vitę regularis ſpecie poteſt, ille eſt, in quo ſinguli regulares lucra, & ſubuentiones ſibi ad honeſtos, & legitimos vſus aſſignata è prępoſitorum manibus, ac dependenter ab ipſorum nutu, voluntateque recipiunt, & retinent apud ſe, in dies expendenda, & inſumenda in proprias neceſſitates.

*Clem. VIII. apud Quaranta ver. monaſteria num. 45. & num. 46. in ordinatio. pro monial. iunctis explicationibus, & confirmationibus per eundem Clementem editis 6. Maii 160 . 18. Martii 1602. & & 26. Iunii 1602. apud Quaranta eodem loco. Paulus ad Philip. cap. 3. Pſal. 128. Clem. VIII. die 6. Maii 1600. apud Quaranta vbi ſupra. Clem. VIII. in ordinationibus num. 46. vbi ſupra.*

Incipit edictum.

§. 3. Animaduertentes autem in dies magis, paucorum eſſe picem tangere, & ab ea minime inquinari (cui admodum ſimilis pecunia eſt, ſiue eius nigredinem, ſiue tenacitatem ſpectes, quã inducit illa in corpora, hæc in hominum mentes, & voluntates) & exemplo Iudæ facilem dari tranſitum à loculis ad laqueum non corporis, ſed ſpiritus. Edicimus vt ſi quæ moniales ſanctam illam regularem viuendi rationem elegerint in qua primũ gradum perfectisſimæ communitatis exiſtere diximus, & omnia bona ſua redditusue quouiſmodo ad vſum conceſſa, vel reſeruata ab ſe abdicauerint, ac monaſterio ceſſerint; Abbatiſſa, Prioriſſa vel aliæ Præfectæ monaſteriorum renuntiationem huiuſmodi recipere omnino teneantur, & ex monaſterii bonis, redditibus, ſeu introitibus in his quæ ad victum, & veſtitum, & reliquam vitę ſubſtentationem pertinent illis pręcipue prouidere, & ita opportune omnia ſubminiſtrare, vt nulla re indigere permittãt. Quinimmo omnibus dictorum monaſteriorum ſuperioribus, & pręfectis mandamus in domino; vt prædictarum monialium pie, ac religioſe viuentium ſingularem curam gerant, vt pote quæ magis Deo percaræ, & ſub ſpeciali protectione ſanctę Sedis Apoſtolicę, regularium Congregationis, & Ordinarii exiſtunt. Vtque hęc ſancta viuendi ratio Deo adiuuante amplificetur, de cœtero in illis monaſteriis vbi perfecta communitas viget, vel admodum paucæ ſunt quæ repugnant, nulla ingreſſura monaſterium recipiatur, aut admittatur aliquo modo in monialem, vel conuerſam niſi promiſerit prædictum vitę communis inſtitutum

amplecti.

amplecti, & iuxta illud perpetuo viuere; vbi vero ingreſſa fuerit, aliis monialibus eiuſdem inſtituti, & obſeruantiæ adiungatur vnaque cum eis viuat; ſi quis verò, vel ſi qua intra, vel extra monaſterium talem viuendi vſum dicto, vel facto, nutu, vel ſigno exturbare, repræhendere, aut quouis modo impedire maligno ſpiritu inſtigante prçſumpſerit, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrat. In aliis vero monaſteriis in quibus hæc perfectiſſima communitas non ſeruatur, nec ſeruari poteſt; iuſta ſecundum, vel ſaltem tertium communitatis gradum ſuperius explicatum omnes omnino moniales viuere volumus, & præcipimus his limitationibus adiectis. Primo vt in illis cœnobiis in quibus alteruter ex dictis modis vitæ communis vigere cęperit retenta nihilominus conſuetudine vt varia munia, & officia publica monaſterii, ſingulę moniales pro tempore exerceant, vel vbi conuentus non poterit perfectiſſime infirmis proſpicere, ſuperiores ne conuertant ſingulis annis quod ſupereſt ex lucris, & ſubuentionibus, & artificiis monialium in vſus communes monaſterii, ſed ſingulis totum, vel partem reſeruent in poſterum cum legitima facultate expendendum in vſum, & neceſſitates monialis infirmę vel obeuntis officia publica; quod ſi conuentus omnia neceſſaria ſuppeditauerit monialibus, tum infirmis, tum officia exercentibus, præter laborem corporis, & diligentiam ab vnaquaque in ſuo munere exhibendam, abſque vlla exceptione, ſeruetur ſecundus, vel ſaltem tertius gradus communitatis vt iacet. Secunda limitatio eſt, vt ſi quę monaſteria egeſtate, vel aliis iuſtis incommodis, & neceſſitatibus adeo premantur, vt à quarto, & imperfectiſſimo communitatis gradu ad ſecundum, vel tertium non valeant aſcendere eorum moniales intra tres menſes Ordinario proponant dicta incõmoda examinanda, quæ ſi minus iuſta reputabuntur omnino recedere debebunt ab hoc viuendi genere, plurimis, ac maximis periculis expoſito, & aliã tutiorem vitã iuxta ſecundum vel tertium gradum communitatis eligere; quæ non paruerint, ipſo facto tamdiu actiua, & paſſiua voce priuatæ ſint earumque monaſteria facultate veſtiẽdi moniales expertia, donec reſipiſcant. Quod ſi cauſę iuſtæ, & vera incommoda nequaquam ſinant ab antiqua viuendi conſuetudine rationeque recedere (quia fortaſſe aliter ipſis monialibus minime proſpectum eſſet) ſciant vniuerſæ quod quandocumque à legitimo ſuperiore alia ratio certa inſtituetur, per quam iuxta formam ſecundi, vel tertii modi ipſorum neceſſitatibus ſatis

*Quid agendũ in cœnobiis ubi perfectiſſima cõmunitas nec ſeruatur nec ſeruari valet.*

*Prima limitatio.*

*Secunda limitatio.*

*Quid agendum ſi a quarto gradu comunitatis recedere nõ poſſint moniales*

erit conſultum non poſſe illas iuſtiſſimo præcepto, abſque graui culpa reſiſtere; interimque ad ſeruanda omnia, quæ ad eſſentiã paupertatis pertineat omnino teneri, ac ſi in exactiſſima communitate viuerent; quandoquidem vt initio diximus religioſæ paupertatis votum, ad ſubſtantialia omnes pariter obligat, quęcumque illud emiſerunt; Quare nemo non videt, eo maiora pericula, & grauiora incommoda, ac ſpiritualia detrimenta reportare moniales, quo magis à primo, ac perfectiſſimo communitatis gradu recedunt; à quibus incommodis, eo magis libere, & expeditę exiſtunt, ad illum propius accedentes cum eſſentialis obligatio voti ſuperius explicata vna in omnibus regularibus eademq; omnino perpetuo perſeueret.

*Eccleſiaſtici 13. Synod. Proui. Flor. de Monialibus rub. 52. cap. 6. Clem. VIII. vbi ſupra in ordinationibus num. 45. C. relatum Ne clerici vel monachi. Silueſter Verbo Religio 6. q. 7. Leſſius de Iuſt. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 32. Reginaldus lib. 18. num. 402. Petrus Nauarra lib. 3. de reſt. c. 1. num. 173 Sanchez lib. 4. de Matrim. diſp. 10. num. 9. Graſſius parte 1. deciſ. lib. 3. cap. 5. num. 47.*

Cellæ uiſitandę quotannis

§. 4. Vt paupertatem quam profeſſæ ſunt experiantur, ſubinde moniales, ſemel in annos ſingulos præfecta monaſterii vnã cũ diſcretis cellas, & ſupellectilem cuiuſq; ſine vlla omnino exceptione viſitet, ſcruteturque diligenter cauendo ne quicquam proprii vel ſuperflui pratioſeue ſupellectilis ſit apud vllam monialem.

*Clem. prima de ſtatu monachor. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de regul. Conſtitu. Mediolanenſes editæ anno 1566.*

Quædam contrahendi ſpecies à congregatione interdictæ

§. 5. Sciant quoque moniales quęcumque, & earum pręfectæ Sacram Congregationem Cardinalium, ad explicanda dubia ſacri Concilii Tridentini deputatam declaraſſe, nullo pacto licere à perſonis laicis, in perſona ipſarum monialium emere certos redditus, neque ab aliis monialibus, vel ipſis monaſteriis, nec etiam licere eiſdem dare pecuniam monaſterio, vt ex illa fiat emptio nomine conuentus ad rationem tot pro centenario, quos redditus abbatiſſa deinde, vel præfecta exigat prædictis monialibus dandos; illicitum præterea affirmaſſe certam pecuniarum ſummam cœnobiis, vel eorum ſuperioribus pro communibus indigentiis manualiter dare eo pacto adiecto, aut tacita conuentione adhibita, vt monaſterium, vel abbatiſſa quamdam portionem ratione fructuum in ſingulos annos, eo

rum

rum vita durante concedat; quare has, vel ſimiles conuentiones, & illicitos contrahendi modos fugiant, nec huiuſmodi illicita pacta, ſeù contractus vllum robur, vel firmitatem habere exiſtiment, cum deficiente diſtinctione terminorum ad iuſtitiã requiſita, & dominio in ſubditis, nullo pacto ſubſiſtere queant. Præter ea omnes moniales teſtamentum facientes, vel de rebus ſibi ad vſum aſſignatis diſponentes, decedere proprietarias, & obſtrictas omnibus pœnis, ac cenſuris à ſacris canonibus, & regularibus conſtitutionibus, aliiſque ordinationibus proprietariis inflictis, ex decretis Congregationis regularium edicimus & huiuſmodi diſpoſitiones irritas, inaneſque declaramus, cum cœteris pactis, & conuentionibus ſupradictis. Irritos etiam nulloſque ex tunc pro tunc declarantes quoſlibet contractus locationum, liberationum, dotium, & alterius cuiuſuis generis, qui ab Ordinario vel alio, ad eos approbandos ab eodem electo, probati, cõmendatique non fuerint, antequam celebrentur, à monialibus, vel eorum procuratoribus, & negotiorum geſtoribus.

Non condant teſtamentũ.

Irritantur alii qui cõtractus.

*Stephanus Quaranta in ſumma Bullarum pagina 157. Verbo caſus reſeruati. Ordin. Congreg. Regula. n. 16. apud Quaranta pag. 352.*

§. 6. Nulla particularis monialis celebrare faciat miſſas abſque abbatiſſæ licentia, quæ ad ſummũ vt ſex in ſingulos annos faciat celebrare quelibet monialis cõcedere poterit, ac ſimiliter interdicimus, vt abſque noſtra facultate in ſcriptis obtinenda, nulla monialis, etiam de licentia abbatiſſę ineat pactum cum præsbiteris congregationum, vt pro ſe, vel aliis officia decantent, aut miſſas dicant, ſub pœna ipſis ſacerdotibus huiuſmodi pacta recipientibus ammiſſionis ſtipendii recepti, vel recipiendi, & obligatione ad perſoluenda gratis onera, quæ ſub ſtipendio ſuſceperunt implenda, nec non quinquaginta coronatorum qui monaſterio monialis cum qua contraxerunt applicentur.

Quot miſſæ quotannis faciant celebrare moniales.

Cum congregationibus ſacerdotum nõ faciant pacta.

§. 7. Nec etiam eleemoſinas dare, ex gratitudine quicquam elargiri, aut vendere eſculanta, veſtes obſoletas, attritos calceos, aut bona cuiuſuis generis, etiam ſi ad vſum ipſarummet monialium tributa ſint, abſque legitima licentia poſſunt moniales, cum hi ſint actus dominii, cuicunque regulari penitus interdicti. Præcipimus etiam vt nulla monialium licet præfecta cœnobii fuerit inſuetas impenſas vllo modo faciat, ſi triginta aureorum ſummam attingant, niſi conſentiente maiori parte

Nihil uendere poſſunt aut donare.

Non fiant inſolitę expēſæ

capituli legitime congregati, & approbante Illuſt. Arch. pro tempore exiſtenti, vel eius generali Vicario.

*Ordinat. Congreg. Regul. n. 12. 13. & 14 apud Quaranta pag. 352.*

§. 8. Si quæ particulares moniales etiam ſi abbatiſſa vel prioriſſa aut totius cęnobii præfecta fuerit, munera valoris duorum aut ad ſummum trium aureorum ad religioſos ſæculares, ſeù viros regulares miſerint abſque licentia capituli legitime conuocati, vel ab eiſdem dona receperint, eo ipſo excomunicatæ ſint, nec niſi ab Ordinario extra mortis periculum abſolutionem obtinere queant; quod ſi religioſi ad quos munera miſſa, vel data fuerint, aut illa monialibus miſerint, ſeù dederint, confeſſarii ordinarii, vel extraordinarii monialium ſint, eo ipſo ab audiendis confeſſionibus quarumcunque monialium ſint ſuſpenſi, à qua ſuſpenſione abſolui nequeant, niſi graui impoſita ſatisfactione ac redditis prius muneribus acceptis vel eorum valore monaſterio eiuſdem monialis, à qua prædicta dona prodierunt. Quæ munera nec titulo iuſtitiæ, nec gratitudinis, nec etiam eleemoſinæ, niſi in casù extremę neceſſitatis, nec alio quouis prætextù dari, aut relaxari poſſe vnquam, aut vllo modo volumus prædictis religioſis: per hæc tamen minime interdictum volumus quo minus concionatores, & confeſſarii cū ordinarii, tum extraordinarii de ſeniorum, diſcretarumq; conſensù, aut ex voluntate maioris partis capituli benigne, ac liberaliter tractari valeant nomine conuentus, & communitatis dē eiuſdem conuentus communibus bonis non aliter, aut ex aliis aut alio modo directe, vel indirecte; præterea ter in anno legatur publice in refectorio Bulla Clem. VIII. de largitione munerum, & obſeruetur ad vnguem.

Munera non mittenda uel danda.

Confeſſarii concionatoreſq. benigne tractandi.

Bullæ de largitione munerum legenda.

*Ordinationes prædictæ pag. 352 n. 11. & 12. Synod. Diœceſ. Piſana edita anno 1616. tit. 10. cap. 5.*

§. 9. Mandamus omnibus cœnobiorum ſuperioribus, confeſſariis, ac ſæcularium negotiorum geſtoribus, vt intra tres menſes à die publicationis pręſentis Synodi computatis redditibus, & prouentibus monaſteriorū quorum curam gerunt, tum communibus, tum particularibus, & ex laboribus, & artificiis monialium emergentibus, ſimulque expenſis omnibus neceſſariis ad alendas moniales, & alia quæcumque onera monaſterii, tum communia, tum priuata commode perferenda, ad Ordinariū referant ſummam annuorū reddituum, & expenſarum, quę requiruntur, tum ad victum, & veſtitum monialium, tum ad alia munera

Computandi reddituſ & expenſæ monaſteriorum

munera monaſteriorum explenda, ſimulque propriam ſententiam, ab operariis cœnobiorum ſubſcriptam, ex qua certior reddatur Ordinarius, poſſit nec ne omnibus bene perpenſis hoc, vel illud monaſterium in toto, aut aliqua ex parte perfectiſſimum amplecti communitatis gradum.

§. 10. Tandem meminerint ſuperiores, ac præfectę monialium quod conſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi debent non occurrit, inferiorum culpas teſte Bernardo ad nullos magis referendas eſſe, quam ad deſides negligenteſq; rectores, nec eſſe aliquid illo ſuperiore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur, quibus ſi placere voluerit, & ab iis amari magnā perniciem ouibus afferet, cum nullus paſtor placere lupis, & gregibus poſſit; impunitatemque incuriæ ſobolem, non raro eſſe inſolentiæ matrem, radicem impudentiæ, tranſgreſſionum nutricem vt ait idem mellifluus doctor; vnde quantum in illis erit curent, vt quæ ſancita de paupertate fuere exacte ab omnibus impleantur in domino; cum nullius momenti ſint medicamenta, quę non applicantur ægrotis; ac ſuper omnia caueant ne ipſæ licentias concedant, quas nullo pacto poſſunt, cum earum facultas, & poteſtas ad licita, pia, honeſta, ac neceſſaria ſe dumtaxat extendat, ac ne quicquam abſque legitima facultate à ſibi ſubiectis exequtioni mandetur aduigilent quæ ſi ſibi tradita, voluerint abſque debita facultate, pro ſuo arbitratù expendere; ſciant ſe vitam ducturas ſæcularem habitu perſonatam monachali diuino, naturali, & eccleſiaſtico iuri repugnantem, quā vitam proprietariam agentes flammis tandem, ac tormentis addicentur æternis. **Præfectę monialium curent exequtionem prędictorum.**

*C. error. C. quid. C. conſentire. C. nihil 83. diſt. D. Bern. de Conſide. ad Euge. lib. 3. ſub finem. C. Fraternitatem de donatio. Pauli 2. ad Corint. 13. C. cum ad monaſt. de ſtatu Monachorum. Clem. prima eodem titulo. C. Relatum ne Clerici vel Monaci. Leſſius, Nauarrus, Petrus Nau. ſupracitati §. 1. Silu. Verbo Religio. 6. q. 7.*

§. 11. In omnibus monaſteriis duæ moniales niſi vna ſufficiat quadrageſimūquintū annū excedentes præficiātur omnibus operibus, & artificiis monialium, cuius munus apprime ſit, nomine cuiuſcumque vendere, & emere, quæ neceſſaria ſint ad artificium ſingularum, & omnia, ac ſingula huius generis negocia, cū externis pertractare, ſiue maribus, ſiue fœminis; ita vt in poſterum ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ad Ordinarii arbitrium, nulla monialis agat cum aliquo externo vt di- **Conſtituatur præfecta ad emendum, & vendendum.**

ctum

ctum eſt, de rebus ad ſuum artificium pertinentibus, niſi mediate præfecta; quod ſi ex aliqua graui cauſa opus erit aduocare ad alloquendo, externos propriam operis magiſtram, id non fiat, niſi rariſſime, ex grauiſſimis cauſis, ac de expreſſa licentia abbatiſſę aſſignataque ſocia ut dicetur cap. 4. inferius §. 7. ſęculares uero, qui cũ alia moniali uendendo, uel emendo egerint, decẽ aureos ſoluant executoribus, & pauperibus applicandos.

Conſtituatur præfecta ad emendum, & uendendum.

## CAPVT QVARTVM.

### *De Spectantibus ad Caſtitatis votum.*

ETſi quæ ad caſtitatem pertinent explicationem minime requirant, cum conſtet à Chriſti ſponſis, adeo pfectæ eſſe ſeruãda, adeo enixe colendam, ut earum fides nõ ſolũ fidẽ, quam ſpõſo mortali, mortales ſponſæ inuolatam ſeruant uincat, & superet; ſed etiam toto conatu Angelorum munditiem, ac puritatem imitari nitantur; quandoquidem earum ſponſus candor æterne lucis exiſtens inter lilia paſcitur, & hortis occluſis inambulans, è ſignatis fontibus puritatis aquam libenter ebibit. Attamen quia de rebus luce meridiana clarioribus dubitatur interdum, idcirco pro certo habeant omnes quod quicquid in ſæcularibus extra coniugium eſt aliquo modo peccatum contra caſtitatem, eſt in religioſa perſona etiam ſacrilegium contra uotum. Quare nimia uideri non debet illa diligentia, quæ in tanto theſauro aſſeruando adhibetur, nec nos erimus arguendi, quibus ad impedienda potius mala, quę temporis lapſu refrigeſcente charitate, & abbundante malitia contingere poſſent, quam ad tollenda ea, quæ ex Diuina Miſericordia non exiſtunt, nonnulla ex ueteribus conciliis innouare, quædam etiam addere placuit, ut caſtitatis fragrantia, quam in dies magis augeri cupimus, diffundi latius ualeat omni ſublato offendiculo quod mali dæmonis aſtus, in uia domini ponere pertentaſſet.

Quando læd atur caſtitatis uotum cogitatu uerbo uel opere.

*Sap. cap. 7. Canticorum cap. 2. & 4. Leſſius de Iuſt. lib. 2. c. 41. dub. 9. num. 78.*

§. 2. Nulla igitur monialis accipiat uel mittat literas quin eas ante legendas præbeat, totius monaſterii præfectæ quæ contra fecerint octo diebus pœnitentiam agant; ſi uero impuri amoris ſuſpectas, uel minus honeſtas miſerit, aut receperit

ſeuerius

ſeuerius puniantur; ii vero qui amatorias literas, aut inhoneſtas monialibus, ſiue aliis mulieribus in monaſteriis degentibus miſerint, eo ipſo excommunicati exiſtant, ac præterea teneantur ſoluere aureos quinquaginta cœnobio mulierum conuerſarum; eademque pœna ſpirituali, & temporali mulctatos volumus eos, qui per ſe, vel alium monialem quamcumque inhoneſte allocuti fuerint Ordinario extra mortis articulum abſoluendi facultatem reſeruantes: omnes etiam mediatores, ſiue maſculos, ſiue fœminas huiuſmodi nuntia, & amatorias literas, vel inhoneſtas ſcienter deferentes, eadem excommunicatione reſeruata irretitos, aliiſque arbitrariis pœnis volumus eſſe ſubiectos.

Nec mittātur nec recipiantur literæ abſque licentia.

Excommunicantur ipſo facto inhoneſte aloquentes moniales, &c.

*Conſtitut. anti. Flor. de Monial. cap. 2. & 3. Synod. prou. Flor. de Mon. cap. 15. Ordinat. Congr. reg. num. 10. apud Quar. 351.*

§. 3. Monialium vero temeratores infames inteſtabileſque eſſe decernimus, nec non ipſo facto excommunicatos à qua excommunicatione nullo pacto extra mortis articulum liberari queant, niſi facultate accepta ab Ordinario; innouantes quoad huiuſmodi delinquentes quicquid antiquæ conſtitutiones Florentinæ decernunt.

*Conſt. ant. Flor. de Monial. cap. 4.*

Crates monialium quales.

§. 4. Ne ex raritate cratum detur monialibus, aut eas alloquentibus aliqua mali occaſio; ſtatuimus vt in locis deputatis ad colloquendum cum externis, crates ſint dupplices, & vlna ſaltem adinuicem diſtantes, clatroſque earum ita inuicem iunctos, ac ſeſe interſecantes, vt manus etiam trimi pueri immitti nequeat.

*Conſtitu. ſupradictæ c. 5. Synod. prou. Flor. de monial. cap. 3.*

§. 5. Loca monaſterii collocutionibus externorum deſtinata, ſiue interna, ſiue externa perpetuo pateant dum adſunt qui loquantur, nec ante ſolis ortum aperiantur, & poſt eiuſdem occaſum ſtatim occludantur; in poſterum ad ianuas monaſterii nulla monialis colloquatur cum viris, aut mulieribus etiam conſanguineis, quę non paruerint, ad colloquendum cum externis per octo dies ne vocentur pro prima vice, pro ſecunda per menſem, ac ſi contumaces deinceps fuerint, voce actiua, & paſſiua priuentur arbitrio Ordinarii, præfectæ vero facultatem concedentes, vel conniuentes deponantur ad tempus ianuæ vero prædictæ occaſione publicarum actionum nullo pacto aperiantur, ac multo minus ibidem ſumatur cibus; qui vero in locis deputatis ad loquendum cum monialibus foribus occluſis reperti fuerint capiantur,

Loca ad colloquendum deputata ſēper patentia ſint, & quando aperienda vel claudēda.

piantur, & aureos triginta pro prima vice ſoluant, pro ſecunda, & deinceps centum partim executoribus, partim pauperibus dã dos, non obſtante licentia alloquendi habita ab Ordinario.

§. 6. Expellantur è monaſteriis omnes catelli, etiam ſi fuerint ſæcularium mulierum inibi commorantium, nec vnquam amplius licet ad tempus breuiſſimum admittantur, idemque edicimus de ſimiis; quæ contrafecerint per annum actiua, & paſſiua voce priuatę exiſtant.

Catelli expellendi.

*Ordin. Congreg. num. 31. apud. Quar. verbo monaſteria.*

§. 7. Nullus accedat ad monaſteria ad alloquendas moniales quantumuis ſanguine iunctus, Auo, Patre, Fratribus, Patruis, Auunculis, Filiiſque ex fratribus, & ſororibus exceptis, cœteriſque conſanguineis vſque ad ſecundum gradũ incluſiue abſque licentia ab Ordinario impetrata, ſub pœna excomunicationis ipſo facto incurrendæ, ac triginta aureorum, quorum dimidium delatori, dimidium monaſterio conuerſarum mulierum applicetur; prædicta vero licentia tradatur ianitrici monaſterii, vel alteri moniali cui demandata ſit cura vocandi moniales ad crates oſtendenda præfectæ, vel eius vicariæ, priuſquam monialis de qua licentia loquitur vocetur ad colloquendum; quibus reſpectiue præcipimus ſub pœna priuationis officii, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ per annum vt nullo pacto facultatẽ colloquendi cum externis concedant monialibus, niſi prius licentias recognouerint, illiſque ſociam aſſignauerint quadrageſimumquintum annum excedentem, quę moniales comitetur ad locum deſtinatum locutionibus, eiſque ſemper aſſiſtat adeo prope, vt exaudire facile queat quę dicuntur; quo ſi qua monialis minor annis quadragintaquinque abſque licentia, & ſocia prędicta ad alloquendũ externos acceſſerit, niſi fuerint aliqui ex perſonis ſupra exceptis per tres menſes ab externorum colloquiis etiam propinquorum abſtineat ac ter in pane, & aqua ieiunet quod autem ad patrem attinet alioſque; conſanguineos ſupra nominatos quo ad licentias accipiendas ad alloquendam propriam filiã vel conſanguineam reſpectiue, nihil innouare intendimus, ſed quæ huc vſque ſeruata ſunt ſeruari volumus, & mandamus. Inuigilent autem ianitrices, & pręfectæ monaſteriorum ne quis ad alloquendas moniales accedat ſimulato eius nomine quem ſcripta licentia indicat, ac nulla monialis quacumque de cauſa, vel prętextu aliam monialem vocet ad crates, niſi ſit ex illis, quibus hoc ex officio incumbit, quę deliquerit acriter arguatur à monaſterii præfectis, ac puniatur.

Abſque licentia non loquendum cũ monialibus.

Licentia tradatur ianitrici.

Socia aſsignãda.

Alex.

*Alex. Med. Archiep. Flor. S.R.E. Cardin. ac Leo XI. in edicto promulgato die 27. Ianuarii.* 1588.

§.8. Præter Organũ,& huiuſmodi Eccleſiaſtica inſtrumenta nullum aliud pulſent moniales,ſeu quicquam canant in eccleſiis cantu figurato quem dicunt modulato niſi diuina officia decantentur, quo tempore, & loco ſacra tantum mocteta latino ſermone conſcripta, non autem patrio permittuntur,omni alio cãtu ſublato qui ab externis audiri poſſit, quæ non paruerint pœna arbitraria puniantur.

*Conſt. Mediol. tit. de Clauſura editæ anno* 1566. *Ordinat. Cong. regul. apud Quarantam n.* 24. *Verbo Monaſt.*

§.9. Quia bonos mores non modo praua colloquia corrumpunt, ſed multo magis librorum inanium lectio, ideo poſt mẽſem à die publicationis huius Synodi, vel ad ſummum duos confeſſarii ordinarii monialium ſingulos earum libros iuſpiciant diligenter, & recognoſcant, quoſque profanas materias, vel minus decentes continere, aut prohibitos, vel ſuſpenſos eſſe repererint, auferant, & è monaſteriis illico exturbent, nec vllo modo eos eſſe permittant apud quamcumque monialem vel ſæcularem inibi degentem ipſorum confeſſariorum conſcientias onerantes; quare ea tantum carmina italico ſermone conſcripta, quorum argumentum eſt de rebus ſpiritualibus permittantur, cœtera perpetuo prohibita, & interdicta ſint monialibus, aliiſq; viuentibus in cœnobiis; prohibentes ſimiliter omnia Boccaccii opera quantumuis emendata, & ſæcularibus conceſſa, nec non libros italice conſcriptos de quæſtionibus ad conſcientiam pertinentibus agentes; in quorum loco, pii libelli animas recreare, & ſpiritum alere valentes ſubrogentur: quo facilius ſacræ virgines ad omne virtutum genus amoremque diuini ſponſi omnem pulchritudinem ſuperantis aſſequendum inflammentur.

Qui libri permiſſi qui prohibiti monialibus.

§. 10. Præfectis quibuſcumque monialium præcipimus in virtute ſanctę obedientiæ, ne permittant intra clauſtra monaſterii colonis, ac quibuſcumque aliis quacumque de cauſa cibum dari, ſed ſtatim rebus illatis, iumentiſque exoneratis extra clauſtra eos exire iubeant; ad conficiendum panem, vel cernendam farinam nulli admittantur intra cœnobii ſepta; quod ſi alia de cauſa vrgenti, & graui illuc intrauerint, hæc, & alia quæ à monialibus effici poſſunt ne præſtent; ianitrices,ac ſacriſtiæ curam habentes,& illę quibus cura comitandi eos qui ingrediuntur mo

Qui ingrediuntur monaſteria ibi nec cibum ſumant nec aliqua præſtent nec ſoli incedant.

naſteria demandatur, quadrageſimum ſaltem annum excedant, nec vnquam medicos, chirurgos, confeſſarios, vel alios monaſteria ingreſſos deſerant, ſed perpetuo eis aſſiſtant, ac quocunque ire neceſſe fuerit comitentur.

*Synod prou. Florent. de monia. cap. 4. Ord. Congreg. ſupradictę num. 30. 33. 34.*

Quædam inania reſpuant ſacræ uirgines.

§. 11. Nullo modo vtantur moniales vnguentis, ſuffimentis aquis diſtillatis, aut odoratis, in auribus, ſpeculis, & ſimilium rerum inanium apparatū, ſed ea prorſus reſpuant, nec in cella, vel monaſterio habeant, ſed tanquã ſtercora, & caſtitatis religioſę venena in ſterquilinium vel ignem illico proiiciant; ſemper curantes, vt ea, quæ Chriſti ſponſas decet, grauitas, puritas, & modeſtia in earum actionibus fulgeat; quæ deliquerint contra prędicta ſeuere accipiantur à confeſſariis, & à ſuperioribus non permittantur impunitae.

*Ordinationes Congreg. vbi ſupra n. 40.*

Dum eccleſia ornatur nulla ibi ſit vel ad crates.

§. 12. Dum Eccleſia ornatur, ſiue à clericis, ſiue à laicis nulla conuerſa inibi ſit; nec vlla monialis ad crates, vel rotam accedat vnde aſpicere, aut alloqui templum ornantes poſſit, niſi ſit abbatiſſa, vel alia officialis ex iuſta cauſa, ac de eiuſdem abbatiſſæ licentia.

*Conſtit. Antiquę de monialibus cap. 19.*

## CAPVT QVINTVM.

## *De voto Obedientiæ.*

SVper omnia Chriſti Sponſæ obedientiam diligant, tum quia Chriſtus earum ſponſus factus eſt obediens propter ipſas vſque ad mortem non quamcunque ſed Crucis; ſcientes ex D. Gregorii ſententia, ſolius obedientiæ eſſe virtutes cæteras mentibus noſtris inſerere, inſertaſq; tueri, tū quia tutius eſt obedire quam præcipere, ſubeſſe quam præeſſe, cum dicat Sapiens *Horrende, & cito apparebit vobis quoniam iudiciū duriſſimum his, qui præſunt fiet*; fortaſſe quia noluerunt obaudire Deo dicenti, eiuſdem Sapientis ore. *Noli quærere fieri iudex, niſi vale as virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.*

Alacriter obediant.

*Paul. ad Philip. 2. Diuus Gregor. lib. 35. Mora c. 10. Sapientię C. 6. Eccleſiaſ. C. 7.*

§. 2.

§. 2. Quas ignorare nolumus ex voto obedientiæ ad tria pręcipue obligari. primo ad regulæ præcepta implenda; ſecundo ad non agendum contra regulam, aut mandatum ſuperioris ex contemptù; tertio ad omnia, quæ ſuperior iuxta regulam, & inſtitutū pręcipit exequtioni mandanda;& quidem ſi ſuperior talis ſit, qui præcipere ſub mortali velit & poſſit, peccabunt mortaliter, eius præcepta non implentes; ſi vero non poſſit, vel nolit; niſi eius iuſſa, contemnantur, etiam ſi ex fragilitate,vel negligentia non impleantur culpa leuis erit,à mandato diſcedere. *D. Thom. 2. 2. Q. 104. art. 4. ad 3. Q. 186. art. 5. ad 4. & art. 9. in 2. diſt. 44. Q. 2. art. 3. in O. Quodlib. 1. art. 15. & Quodlib. 10. art. 10. Caiet. 2. 2. locis citat. Leſſius lib. 2. de Iuſtitia cap. 41. dub. 9. à num. 75. vſque ad 78.* Ad quæ præcipue obligetur.

§. 3. Cum per obedientiam voluntas propria mactetur, vt inquit Gregorius per victimas aliena caro, hinc eſt quod olim dixit Deus,melior eſt obedientia,quam victimę; quare adeo acceptum ſacrificiū crebro,ac libenter Domino offerant eius ſpōſæ; in ſuis pręfectis Chriſti perſonam agnoſcentes,qui olim per Prophetas, deinde per ſe ipſum, modo per ſuos præpoſitos voluntatem ſuā nobis aperire dignatur; firmiter credentes ſe errare non poſſe, ſi quæcunque Superiores dixerint ſeruauerint,fecerintque, licet ſcribæ, & phariſæi cathedram Moiſi interdum occupent,quandoquidem Caiphæ eo quod eſſet Pontifex anni illius contigit prophetare, dum peruerſiſſime ageret, & necem Chriſto moliretur acerbiſſimam.

*Gregorius lib. 35. Moral. cap. 10. lib. primo Regum c. 15. Paul. ad Hæbr. c. 1. Matt. cap. 3. Ioann. cap. 11.*

## CAPVT SEXTVM.

## *De confeſſariis aliiſque rerum ſacrarum, & temporalium miniſtris.*

POſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui, dicere coguntur ſpirituales magiſtri, ac confeſſarii qui negligentes circa culturam ſpiritualis vineæ ſibi creditę exiſtunt: vnde ex eorum culpa procedit quod expectante Domino vt faceret vuas faciat perſæpe labruſcas,ſeū potius vuam

fellis, & amaritudinis; quare videant,ne cum venerit Dominus vineæ malos male perdat, vineamq; ſuam locet aliis agricolis reddentibus ei fructum temporibus ſuis; quod facile effugient, ſi ſeduli vinitoris munera exequantur; modo timoris ferro eam occando, & fodiendo; palmitibuſq; à Chriſto qui vera vitis eſt ob lætalem culpam reſciſſis edicentes cum Ezzechiele; *Quod non tolletur ex vite lignum, vt fiat opus aut fabricetur, ex ea paxillus vt dependeat in eo quodcunque vas*: ſed vt dicit Auguſtinus; vnum de duobus palmitibus conuenire, *aut vitis, aut ignis*; quapropter ſi non manſerint in vite, in igne futuros; modo curando ne altius, quam par eſt ex inani gloria attollantur vites ſpirituales, illas ſubinde edoceant, palmites à ſe ipſis nullum fructũ ferre poſſe, ſed omnẽ virtutem ex Chriſto vite vera in palmites promanare: modo à ventis tentationum, & aduerſarũ rerum, deiectas in ſpem erigant; illis aperiendo quomodo Pater familias Deus ſcilicet palmites fructuoſos purgare interdum ſoleat vt fructus uberiores afferant; modo ſarmenta ſuperflua adunca mortificationis falce amputent, & luxuriantes pampinos auferant, ne ſolis radios impedientes, botri tardius matureſcant: ociorum modo erucas, erumpentes geminas erodẽtes enecent, modo noxias multiloquii herbas, ſilentii ſarculo tollant; palmites ſubinde uinculis uere dilectionis religando, tum ad palos, qui præfectæ ſunt, tum inter ſe ſe quaſi mutuo nexù uitis unius ſarmenta, cum ſarmentis alterius, intexendo, pręſertim fraternæ charitatis deſtituta flagellis: per generales interdum confeſſiones aliaſque incipientium exercitationes, uites infructuoſas, ac pene emortuas quaſi propaginando renouent, & quod caput eſt palmites colles amantes, ideſt perfectionis euangelicæ cupidos plantandos in uinea religionis exquirant. Perpetuoque aduigilent, vt ſepes clauſura uidelicet, ac regularis diſciplinæ perfecta obſeruantia, quam Paterfamilias uineæ ſuæ circumdedit omnino impenetrabilis, ac firma perduret ad incurſus aprorum è ſęculi ſilua non raro erumpentium cohibendos; nec non vulpeculas paruulas quarumdam prauarum conſuetudinum ſenſim ſine ſenſù enaſcentium vineam Domini demolientes capiant, & ad petram, quæ Chriſtus eſt fortiter allidant; ac ne votorum torcular ad exprimendum bonorum operum uinum cor hominis, lætificans carie, & vetuſtate abſumatur aduertant; Turriſque fortiſſima frequentiæ nimirum Sacramentorum, & aſſiduæ conuerſationis in cœlis diruta ne ſit, ſimi-

liſque

Iiſque parieti inclinato & macerię depulſę proſpiciant: ſed vt altius attollatur ſemper, ac firmior in dies euadat adlaborent. deniq; à Patre luminũ ex quo vniuerſa bona procedunt vineæ ſibi creditę diuini ſolis radios, ac cęleſtes influxus implorent, ſibique colendi peritiam, vireſque ad illam ſerio, ſeduloque excolendam obtineant; enitentes, diuina ſibi tantum propoſita gloria vt ea virtutis, ac perfectionis forma quam in alios inducere cupiunt, ſemper in ſe ipſis eluceat; prę ſertim fugiendo nimiam familiaritatem cum omnibus monialibus, quæ contemptum affert, ſeu cum aliquibus quæ animorum diſsidia, & alias peſtes ingerit longe peiores.

*Canticorum 1. Iſaia cap. 5. Deuteronomii 32. Matthæi ca. 21. Ezechiel. 15. Auguſt. tract. 81. in Ioannem. Ioannes cap. 15. Pſal. 79. Canticorum 2. Pſal. 139. Paul. ad Corint. 1. cap. 10. Pſal. 61.*

§. 2. Si commode fieri poteſt cum ipſi confeſſarii tum gubernatores in domibus monaſteriis coniunctis ne pernoctent, & ſi quando neceſsitate vrgente hoc vitari nequeat, inibi nec crates, nec rotæ, nec alia huius generis quæ clauſuram tangunt eſſe permittantur; quod ſi habitationem ad longum tempus eadem neceſsitas, vel alia requireret, ſtatim certior fiat Ordinarius, eiuſque iuſſa expectentur & exequantur.

In edibus iunctis monaſterio non commorandum.

*Synod. prou. Flor. c. 2. de Monial.*

§. 3. Monialiũ confeſſarii, gubernatores, aut alio nomine nuncupati ſacerdotes quibus alicuius monaſterii cura etiam ad breue tempus demandata ſit non ingrediantur eius ſepta cauſa adminiſtrandi ſacramenta niſi ſuperpelliceo, ac ſtola ornati; quod ſi qua temporalis neceſsitas illuc eos ingredi cõpulerit, tunc confeſſarius ſimul & gubernator, vel de licentia Ordinarii ſpecialiter obtenta alter eorum ingrediatur. tandem interueniente etiam vrgentiſsima cauſa nullo pacto maneant confeſſarii, vel alii ſacerdotes in cellis aut alio loco intra Monaſterii ſepta conſtituto ianuis clauſis, ſed eæ patentes perpetuo ſint dum ibi moram fecerint, qui vero in hoc deliquerint excommunicatos, ac ſuſpenſos ipſo facto ſe eſſe non dubitent.

Qui & quomodo ingrediantur monaſteria.

*Synod. prou. Flor. c. 7. de Monial.*

§. 4. Diligenter etiam adimplere ſtudeant confeſſarii, quę Clem. VIII. de largitione munerum ſtatuit, noſque ſuperius

eumdem

eamdem immitati ediximus tit. 14. c. 3. § 8. ſciantque libertatem ſpiritus vinctam nexibus aureis diu viuere minime poſſe, nec recte loqui angina argentea laborantes.

Feneſtella ex qua audiuntur monialiũ peccata clauſa ſit.

§. 5. Ferreæ laminæ, clatri, ac linea tela eius feneſtellulæ ex qua monialium peccata à ſacerdote vt plurimum excipiuntur ita compactæ cohereant, vt amoueri non poſsint, indeque audiri tantum loquentes, videri autem nequeant; confeſſarii vero ordinarii hæc exequi negligentes, ſtatim officio, & facultate amplius adeundi illud monaſterium, ibique adminiſtrandi ſacramenta Ordinarii arbitrio ſint priuati.

Graues ſint ſemper corã monialibus.

§. 6. Crebra colloquia minimeque neceſſaria ac de rebus leuibus, vel ſæcularibus miſcere cũ monialibus veluti peſtem fugiant, omnem in veſtibus elegantiam, nec non capillorum barbęque culturam reſpuant; graues, modeſtos, ac veluti Patres erga filias ſe ſe illis exhibeant, adeo vt in eius conſpectu ne verbum quidem inordinate prolatum effutire audeant ſpirituales filiæ.

Confeſſores extraordinarii ter in anno enixe petendi & omnino concedendi.

§. 7. Vt Tridentini ſanctiſsimo decreto ſatisfiat, & libertati confitendi admiſſa crimina faueamus pręcipimus omnibus abbatiſsis, prioriſsis, & aliis monaſteriorum præfectis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, vt ter in anno licet inrequiſitis, vel etiam repugnantibus confeſſariis ordinariis, ſeu gubernatoribus, aut etiam omnibus, vel maiori parte monialium tempeſtiue Illuſtriſs. ac Reuer. Præſulem moneãt, ſeu generalem eius Vicarium de confeſſario extraordinario mittendo, nec à cæptis deſiſtant donec voti compotes fiant, coram quo, omnes omnino, quæ in lecto cauſa veræ infirmitatis minime detinentur comparere volumus, ſub pœna amiſsionis vocis actiuæ, & paſsiuæ per triennium ipſo facto incurrenda: eo vero tempore quo confeſſarius extraordinarius aderit, quam rariſsime confeſſarii ordinarii accedant ad alloquendas moniales, vel eorum confeſſiones audiendas; ii verò, qui, ausù temerario impedire directe vel indirecte præſumpſerint hanc confeſſarii extraordinarii petitionem, electionem, conceſsionem, vel acceſſum ad monaſteria, ad excipiendas confeſsiones, ipſo facto excommunicati ſint: inſuper confeſſarii ordinarii monaſteriorum, ab eorũ confeſsionibus audiendis ſe perpetuo ſuſpendendos intelligãt ſi quocumque tempore, vel modo ſignificauerint monialibus, diſplicere ſibi confeſſarii extraordinarii aduentum, vel non li-

Omnes compareant ante confeſſarium extraordinarium

bere,

bere, & integre ſed perfunctorie tantum, & per tranſennam eidem eſſe confitendum in aures monialium vel aliorum inſuſurrare tentauerint. Porrò confeſſarii extraordinarii viſcera pietatis, & charitatis ſecum afferentes ſumma animi alacritate, tranquillitate, & modeſtia Chriſti ouiculas excipiãt, & errantes reducant, ac ſummi Paſtoris exemplo ſuis humeris ad domini caulas portent, nullam præſeferentes animi perturbationem, moleſtiam, ſollicitudinem, nec ſi prolixæ in dicendo fuerint, feſtinationem vel breuitatis ſtudium, ſed patientiam, longanimitatem manſuetudinem, vt obſtetricante manù Domini educatur coluber tortuoſus; confeſſarios ordinarios, nec non alios, tum internos, tum externos ſuperiores prudenter excuſent, & à calumniis, à perturbatis animis perſæpe prodeuntibus vindicent, ſcientes nihil eſſe facilius ac frequentius in monaſteriis quam ſubditas contra ſuperiores niti, ac de iiſdem conqueri denique ità ſe gerant vt verę charitatis nexibus cum Deo coniunctas ſuis ſuperioribus, & confeſſariis ex animo obſequentes, nec non concordes virgines Deo ſacras in pace relinquant.

Quomodo ſe gerant extraordinarii confeſſarii.

Superiores excuſandi prudenter.

*Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de Regul. Iob. cap. 26.*

§. 8. Caueant item diligenter cum confeſſarii extraordinarii, tum ordinarii in piis colloquiis, & concionibus ne verbum quidem dicãt ex quo etiam leuiſſime ſuſpicari queant moniales hoc vel illud ex confeſſionibus cognitum, & acceptum eſſe ſciantque hac in re errata etiam minima maxima exęquare, paruamque ſcintillam grandia nonnumquam incendia excitaſſe; quare hanc artium artem multis periculis obnoxiam, confeſſiones videlicet audire monialium, & eaſdem pie adhortari, ac publice concionando reprehendere, omni qua poſſunt circumſpectione exerceant, cum ſatius ſit non obeſſe tacendo, quam loquendo perſæpe nocere.

Circumſpecte loquantur confeſſarii uerba facientes.

§. 9. Curent confeſſarii, & gubernatores vt pii, & prudentes in Domino concionatores apud moniales verba faciant qui eas erudiant in omnibus, quæ ad Dei cultum, & conſequendam ſalutem pertinent; qui ſi regulares fuerint; meminerint ſibi eſſe interdictum vllo pacto ſeorſim colloqui, cum monialibus quacumque de cauſa etiam piiſſima.

Concionatores ne loquantur cum monialibus.

*Congreg. Regularium ex mandato Siſti V. apud Quaranta Ver. Monaſteria Monial.*

§. 10. Pręter proprios cõfeſſarios, & cappellanos ex Ordinarii

licentia

licentia monaſteriis inſeruientes, nullum ſacerdotem vocent Moniales ad miſſas, vel aliud diuinum officium celebrandum abſq; licentia eiuſdem Ordinarii in ſcriptis habita, quam peti nolumus niſi conſentiente, & approbante confeſſario ordinario, vel gubernatore, ac monaſterii pręfecta. Nulla etiam monialis ad vllos regulares eleemoſinas mittat cauſa celebrandi miſſas inſcio, ac non approbante confeſſario, vel gubernatore, qui ſi crebro id contingere animaduerterint moneant Ordinarium vt prouideat vel ipſi prouideant efficaciter.

Nullus vocandus ad celebrandum niſi licentia habita.

*Vide ſupra de celeb. Miſſarum cap. 3. §. 2.*

§. 11. Neq; confeſſarii, neq; gubernatores, neq; monialiũ præfecta inrequiſito Ordinario quemquam ad monaſterii famulatũ admittant, ſiue procuratores rerum temporaliũ, ſiue medicos, chirurgos, piſtores, molitores, aut cuiuſcumq; generis artifices; qui frequenter cum monialibus agere ac ucrſari debent, nec ſepta monaſterii intrare ſinant, niſi qui ab Ord. licentiam impetrarint, eaq; in eum ſolum finem ad quem data fuerit vtantur diligenterque impleant, quæ de clauſura edixit Alexander Medices Arch. Florentinus, & S.R.E. Cardin. ac poſtea Leo xi. anno 1588. die 27. Ianuarii, ne in cenſuras in eo edicto cõtentas incurrant tranſgreſsores.

Artifices abſque licentia non eligendi.

Clauſura diligẽter cuſtodienda.

***Conſt. Antiqua. de monialibus. c. xii. & 14. Synod. Prou. Flor. de monial. cap. 11.***

§. 12. Singulis annis deputentur duo ex canonicis, vel alii pii, ac prudentes viri, qui perito ſecum calculatore adhibito ſi opus fuerit rationem adminiſtrationis exigant à miniſtris rerum temporalium cuiuslibet monaſterii, & à ſingulis negotiorum geſtoribus, deinde certiorem faciant Ordinarium de bona, vel mala eorum adminiſtratione; per hæc tamen non eximimus prædictos miniſtros à redditione rationum quam exibere tenentur abbatiſſę, vel alteri ſecundum conſuetudinem monaſterii.

Aliqui deputandi ad exigendam rationem accepti & expenſi.

§. 13. In poſterũ neq; vir neq; fœmina qui, vel non ſint deputati ad inſeruiendũ monaſteriis, vel non habuerint facultatem à Gubernatore, ſeu Confeſſario vlla negocia ad moniales ſpectantia peragat, ſeu nuncium, vel literas externorum ad illas, vel earũ ad externos deferat, ſub pœna decem aureorum, & carceris ad arbitrium quotieſcumque deliquerint: ipſę vero moniales delinquentes ſi fuerint pręfectæ deponantur ad tempus, ſi ſubditæ priuentur voce actiua, & paſſiua ad libitum Illuſtriſſimi, vel alio modo puniantur; exceptis nihilominus viris fœminiſque inſeruientibus

tibus conſanguineis monialium viuentibus in hærorum dominibus, ab iiſque menſtruum ſtipendium recipientibus, quando ab iiſdem dominis alicuius negotii cauſa ad monaſteria monialium mittuntur. Triennio elapſo omnino mutentur confeſſarii ordinarii monialium, ſicut præcipit ſacra congregatio ;,quibus nullo pacto liceat ſuſcipere onus procuratoris illius monaſterii à quo diſcedunt,nec ii qui illud ſuſceperunt,amplius exequi poſſint tale munus, ſed ſtatim eo ſe abdicent, & idoneis viris Ordinarii arbitrio demandetur, cũ quibus nulla monialis in poſterum loquatur abſq; ſocia,& expreſſa licentia abbatiſſę vt dictũ eſt ſupra cap. 4. §. 7. ſub pœna ipſi moniali priuationis vocis actiuę,& paſſiuę per annũ confeſſariis vero 25. aureorum ; qui ſi abſque expreſſa licentia Ordinarii vllius monialis monaſterii à quo diſceſſerint confeſſionem audire pręſumpſerint ſuſpenſionem à diuinis ipſo facto incurrant.

## CAPVT SEPTIMVM.

## *De Puellis ſæcularibus, quæ in Monaſteriјs educantur.*

IN illis tantum monaſteriis commorari poterunt educationis cauſa ſęculares puellæ, in quibus viget conſuetudo educandi huiusmodi virgines, quæ vt maiores ſeptennio eſſe conuenit ita excedere vigeſimumquintum annum minime poterunt.

*Synod. prou. Flor. de monialibus cap. 12. Congregatio regularium in formulis facultatum.*

§. 2. Iiſdem ad ſomnum capiendum, comedendum, & varia interdiù artificia exercenda locus aſſignetur in ędibus monaſterii omnino diſtinctus, & ſeparatus ab eo in quo moniales profeſſæ, vel nouitiæ dormire, cibum ſumere, aut ſua opificia exercere ſolent.

§. 3. Vt antequam admittantur, congregentur moniales edicimus, ac votis ſecretis deliberet an ſint recipiendæ nec ne; quod ſi numerus præfixus, ac determinatus complebitur per eas, quæ in monaſterio conuiuunt nullo pacto admittatur alia, nec etiam ſi qua ex ſupradictis conditionibus deſideretur ; pręterea à die Natalis domini vſque ad feriam quartam cinerum nullo modo concedantur licentiæ puellis ad ingredienda monialium mo-

Q naſteria

neſteria ob quemcumque finem etiam educationis.

*Alexander Medices Archiepiſ. Flor. & Card. ac Leo XI. anno 1588. die 27. Ianuarii.*

§. 4. Conſtituatur aliqua ex monialibus, quæ cæteras prudentia, uirtute, ac pietate antecellat, quadrageſimum annum circiter agens, cui talium puellarum cura demandetur, ut ſic facilius in officio contineantur, magiſque in dies proficiant, ac melius educari ualeant, ut tandem bonis moribus imbutæ domum redeant, uel ad ſeruiendum Deo in clauſtro maneant.

§. 5. Earum victus, ueſtitus, ac tota uiuendi ratio dum in monaſterijs degunt ſimplex, modeſta, & à uanitatibus ſęculi aliena omnino ſit; & quo ad clauſuram, & colloquia cum ſæcularibus habenda leges omnes monialibus impoſitas impleant; ſciantque ſe ſemel è cœnobio egreſſas, illuc amplius reuerti abſque noua facultate non poſſe.

§. 6. Tandem impenſę faciendæ à monaſterio, in alendis huiuſmodi puellis dentur illi anticipata ſolutione hoc pacto, vt initio illa pœcuniæ ſumma ſoluatur, quæ erit expendenda ſemeſtri ſequenti in cuius fine detur alia portio, quæ pro futuro ſemeſtri inſeruiat, quæ ſi non ſoluatur hoc pacto ſtatim, dimittantur puellæ; nec vllo modo liceat monialibus illas retinere, niſi forte talem haberent cautionem vt nullum periculum amittendi expenſas ex mora poſſit monaſterio imminere, quò in euentu conſulendus erit Ordinarius, nec eo inſcio quicquam innouandum.

§. 7. Quod attinet ad nouas nuptas, & eas quæ ſponſalia contraxere in monaſteriis minime retinendas, uel uiduas, aut coniugatas, ſeruentur decreta antiquarum conſtitutionum, & ſuperioris Synodi Diœceſanæ.

*Antiquæ Conſt. de Monial. c. 13. & 17. Synod. Diœc. Flor. de Monial. anno 1610.*

CAPVT.

## CAPVT OCTAVVM.

### *De Tertiarijs, & Bizochis.*

NOn liceat fœminis habitu conſueto dimiſſo, proprioque gradui congruenti, alienas aſſumere veſtes, uel uota emittere inconſulto Ordinario, ut nuperrime edixit Sacra Cardinalium Congregatio negotiis Epiſcoporum, & regularium præpoſita anno 1618. die xx. Menſis Decembris, ut uideri poteſt in calce operis; quare in poſterum adamuſſim ſeruetur huius Sacræ congregationis edictũ; & ſi quæ fœminæ poſt illud abſque debita licentia habitum ullius tertii ordinis, uel alterius ſimilis ſuſcepere, illum ſtatim dimittant, niſi ad eum retinendum ex uotis obligentur; illæ uero, quæ ante dictum congregationis decretum aliquem ex dictis habitibus aſſumpſerunt, nec uelum ſupra caput, quod ſuperiecum nec à mento ante pectus dependens, quod ſoggolo dicitur, neque ueſtem patientiam nuncupatam deferant; alioquin pœnas dabunt arbitrarias.

Nulla in poſterum fœmina ullum habitum aſſumat abſque licentia.

Non portent quædam inſignia.

*Decretum Congrega. Epiſcop. & Regula. anni 1616. 20. Decembris.*

# TITVLVS DECIMVS QVINTVS.

## *De Iudiciis.*

### CAPVT VNICVM.

AD hoc ut cauſæ in Curia Archiepiſcopali uentilandæ ea, qua decet breuitate, maturitate, & ſinceritate tractentur. Statuimus ut Actuarii noſtræ Curiæ ſubſtitutos, ſeu ſubnotarios recipere ſeu habere non poſſint, niſi de eorum ſufficientia habito prius per Dominum Vicarium examine diligenti, atque licentia obtenta; qui tamen ſubſtituti non poſſint recipere, ſiue regiſtrare terminos, ſeu dilationes cauſarũ neque interesse cauſarum, nec examinum extractionibus, ſed talia munia teneantur Actuarii præfati per ſe ipſos obire.

§. 2. Nullus dictæ Curię Actuarius poſſit acta cauſarum corā Dominis Conſeruatoribus pendentium recipere, ſeu conſcribere, niſi prius regiſtrata in noſtra Cancellaria ipſius Domini Conſeruatori deputatione, & idem ſeruetur in cauſis pendentibus, niſi intra bimeſtre à die publicationis pręſentis Synodi non fuerint tales deputationes in pręfata Cancellaria regiſtratę.

§. 3. Quilibet qui in dicta Curia procuratorio nomine comparebit in futurum teneatur, ſaltem in ſecunda comparitione eius, ſeu actu iudiciali realiter exhibere ſufficiens mandatum ſui principalis pro legitimatione ſuæ perſonæ alias Actuarius cauſę non poſſit, neque debeat comparitiones, ſeu ſcripturas à tali ſuum mādatum legitimum non producente recipere, ſeu conſcribere quod ſi receperit, vel deſcripſerit tales comparitiones, ſeu actus, cum omnibus dependentibus ſint iure nullæ, & nulli.

§. 4. Notificationes litium dependentes à cauſis in Curia prædicta vertentibus vna cum omnibus actibus in talibus notificationibus ſequtis regiſtrentur per Actuarium cauſę, vel apud acta ipſius cauſę, vel ad partes.

§. 5. Super legalitate librorum ij tantum in noſtra Curia admittantur in teſtes, qui reſederint in officio Magiſtrorum dominorum Sex Mercantiæ huius Ciuitatis, vel qui tanquam domini, vel ſaltem Miniſtri principales; ſeu complementum habentes in aliqua mēſa bancharia, vel ſcriptorio ſe ſe perſonaliter ſic Florentiæ exercentes in ipſa, ſeu ipſo.

§. 6. Citata parte ad reſpondendum poſitionibus ad primam diem, & contumace Dominus Iudex decernat poſitiones præfatas habendas eſſe pro confeſſis niſi intra terminum per ipſum Dominum Iudicem omnibus perpenſis moderandum, & ab intimatione incipiendum præfata pars datis poſitionibus nō reſpondiderit, quod ſimiliter ſeruetur contra eos, qui citati ad dandum interrogatoria ea non exhibuerint.

§. 7. Pars interrogatoria exhibens teneatur pro ſingulo interrogatorio ſoluere examinatoribus pro ipſorum labore ſolidum vnum in totum, & hoc tantum. quando exceditur numerus ſex interrogatoriorum, nam à dicto numero citra nihil poſſint dicti examinatores recipere.

§. 8. Actuarii cauſarum teneantur adnotare in actis diem aſportationis actorum factam Domino Iudici.

§. 9. Poſtquam Dominus Iudex ſuam ſententiam pro vt in cedula pronunciauerit teneatur ipſam Notario, Actuario realiter

liter exhibere intra terminum triginta dierum, à die pronunciationis prædictæ ſi fuerit in meritis cauſæ principalis. Quod ſi ſuper incidenti fuerit per Dominum Iudicem habitus terminus pro ſeruato habeat tantum ad eum declarandum dies quindecim ſaluis in reliquis, alias in præſenti materia diſpoſitis.

§. 10. In cauſis, in quibus aliquo modo ſoluentur ſportulæ, ſeu quodlibet aliud ſalarium Domino Iudici, actuarius cauſæ teneatur regiſtrare in margine libri notę cauſarum quantitatem pecuniæ depoſitæ, & nomen partis deponentis.

§. 11. In cauſis maioribus delegatis, & Conſeruatoris taxa cuiuslibet ſententiæ ſit librarum ſex, in minoribus librarum trium.

§. 12. Inſuper ad refrenanda eorum hominum callida ingenia, qui aduerſariorum ſimplicitate, vel abſentia ad ſua fortaſſe debilia iura munienda cauilloſe vtuntur, & ita ea, quæ ad Iudiciorum breuitatem recte fuerant inſtituta contra ſtatuentiũ intentionem detorquent; Statuimus, quod in poſterum terminus decem dierum ad appellandum inſtitutus non prius currere incipiat, quam à die iudicialiter notificatæ ſententiæ.

§. 13. Quilibet Actuarius retinere debeat peculiarem librum actorum extraordinariorum, prout ſunt abſolutiones à Iuramento monitiones generales, diſpenſationes, diſolutiones ſponſalium, appellationum coram honeſtis viris, & ſimilium, vna cum prædictorum repertorio, quod repertorium pariter fiat per quemcumque actuarium in libris, quos appellant notę cauſarum ſub pœna pro qualibet vice florenorum duorum.

§. 14. Et vnuſquiſque Actuarius teneatur ſingulis annis per totum menſem Octobris eoſdemmet libros exhibuiſſe Cancellario dictæ Curię Archiepiſcopalis, cui ſi coſtiterit per diligentem inſpectionem ipſorum prædicta omnia rite, & recte exequta fuiſſe in fidem propria manu ſubſcribere teneatur, ipſe vero ſuos per totum eundem menſem exhibuiſſe teneatur Reuerendiſsimo Domino Vicario à quo ſimiliter, ſi taliter retenti inuenti fuerint, vt hic conſtituitur ſubſcribantur ſub pœna tam dictis Actuariis, quam præfato Cancellario in obſeruantia huiuſmodi conſtitutionis deficientibus priuationis officii ipſo facto incurrenda.

§. 15. Quo vero ad modum procedendi in cauſis ab exequtione incipientibus iuxta conſtitutiones vltimi Synodi. Idem ordo ſeruetur, qui tunc fuit traditus & huc vſque ſeruatus adnotatus

tatus in Cancellaria prędicta cuius diſpoſitio hic inſeritur, & eſt talis vt ſequitur, videlicet.

§. 16. Quando ſi cominciono le cauſe dall'eſequtione ſi faccia al libro de monitorii la domanda il decreto del Giudice, e le lettere per le quali ſi paghi al Camarlingo il ſolito diritto & le lettere, ſecondo la taſſa de monitorii.

§. 17. Primo E fatto il grauamento ſi ſcriua il rapporto à pie del decreto fatto ſopra la conceſsione di tale eſequtione.

Secondo; etiam paſſato 5. giorni correnti dal giorno del fatto grauamento, e non contradicendo l'auuerſario ſi deua ad inſtanza della parte citare il grauato à vedere confermare detto grauamento per il primo giorno giuridico, e fatta la citazione nel detto giorno primo ſi fara la confermazione, quale ſi deua notificare con vna citazione ſola al grauato, e paſſato vn giorno intero dal di della fatta notificazione ſi deua fare altra citazione a vedere commettere la vendita di detto grauamento per il primo di iuridico, nel qual giorno poi ſi deua aſſegnare termine di dieci giorni à recuperare detto grauamento, ò che ſi vendera col notificarlo come di ſotto con queſto, che quando ſi fara la citazione à vedere confermare il grauamento contro a debitori, che ſtaranno fuori delle dieci miglia ſi deua citare o in perſona, ò alla caſa di ſua habitazione, con proteſtargli, che le citazioni ſopraſcritte per li termini ſopra da aſſegnargli inſino alla ſubaſtazione incluſiue ſe gli notificheranno alla porta dell'Arciueſcouado, e non altrimenti, e paſſati i dieci giorni ſi poſſino vendere ſecondo gli ordini vſati.

Terzo. Quando i garzoni, ò eſequtori rapporteranno, che non ſi troui da fare eſequzione reale, e la parte intenda eſequire perſonalmente contro gli debitori, in tal caſo ſi deua fare dal creditore vna comparſa a pie delli detti atti, con domandare che ſi commetta l'eſecuzione perſonale, e dal Giudice ſi faccia il decreto, che per il primo di giuridico, ò altro piu lungo tempo, che parra ſi citi à vedere relaſſare tale eſequzione perſonale, e fatto il rilaſſo ſi poſſa eſequire come ſopra paſſati tre giorni dal di della notificazione di tal relaſſazione di lettere fatta ò alla caſa, ò in perſona. Alla caſſa non ſi paſſi nuouo diritto, ne nuoue lettere, ma bene la iterazione, & la renouazione.

Quarto.

Quarto. Che tutti li grauati, ò citati a vedere rilaſſare le lettere contro la perſona haueſsino che contradire nel modo, e forma gia data dal Sinodo, poſſa e gli ſia lecito domandare certo termine a produrre le ſue giuſtificazioni, qual termine non poſſa eſſer piu lungo di giorni dieci correnti, quale ſi intenda incontinente che ſarà tal contradizione aſſegnato comune all'attore, & al reo ſtare ſempre ferma l'eſecuzione con pagare il contradiritto della taſſa della domanda, e delle lettere relaſſate.

Quinto. Che il debitore grauato volendo confeſſare il debito per fuggire ſpeſe poſſa comparire giudicialmente, e quello cõfeſſare, e per tal confeſsione ſe gli deua concedere vn termine di giorni quindici correnti a pagare detto debito, e non pagando in detto termine ſi poſſa vendere il pegno ſenza altra citazione, e per tal termine deua pagare la ſpeſa, che per il diritto della conſermazione di eſſo grauamento ſi pagherebbe dal creditore.

Di più ſi dichiara, che le comparizioni nelle cauſe, che haranno contradizione, ſi deuino pagare tutte inſieme, quando ſi leueranno le copie delli atti, e dal Notaio attuario della cauſa a piè del conto, che ſarà nella ſopraſcritta del proceſſo deua mettere per tante comparizioni lire &c. quali ſi deuino ſcriuere dal Camarlingo al conto ſolito della caſſa incõtinenti che harà meſſo à entrata le carte de gli atti.

# TITVLVS DECIMVS SEXTVS.

## *De conſtitutionibus, & ſtipendiis exequtorũ.*

### CAPVT VNICVM.

DECERNIMVS, & declaramus Synodales Conſtitutiones Prouincialis Florentinę Synodi celebratę anno 1517. ſub Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Iulio de Medicis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, & Archiepiſcopo Florentino, & poſtmodum Sũmmo Pontifice Clemente Septimo, à Leone Decimo duplici diplomate munitas, eſſe in viridi obſeruantia, vna cũ declarantionibus, & *Innouantur antiquæ conſtitutione ac Synodi.*

limita-

limitationibus ab Archiepiſcopo Florentino pro tempore factis quatenus Sacroſancti Tridentini Concilii decretis, aut conſtitutionibus Pontificiis poſtea editis non repugnant; Synodos etiam, edicta, conſtitutiones, & reformationes quaſcunque ab Illuſtriſs. Antonio Altouita, & Alexandro Mediceo, Cardinali, & Archiepiſcopo Florentino, ac poſtmodum Leone Vndecimo promulgatas obſeruari præcipimus; nec nō alias noſtras Synodales conſtitutiones hucuſque promulgatas, pręſentes vero conſtitutiones poſt duos menſes à die publicationis robur aſſumere volumus, omnesq; tunc temporis ad earum obſeruantiam obligare. Declarantes neque per has, neque per alias conſtitutiones induci noua peccata mortalia, niſi quando eæ violarentur ex contemptu, vel appoſita eſſet excommunicationis, ſuſpenſionis, aut generalis interdicti pœna, vel additum eſſet diſtricte, aut in virtute Sanctæ obedientiæ, verbis præcipimus, mandamus iniungimus, prohibemus, vetamus, inhibemus, aut his æquipollentibus mandantes omnibus parochis & curatis vt quę ex prædictis ſanctionibus ad laicos ſpectant, eas vernacula lingua in Eccleſia pronuntient cum maior frequentia populi aderit omneſq; ad earum obſeruantiam adhortentur in Domino, idemq; faciant Confeſſarii monialium quo ad decreta ad illas ſpectantia.

*Synodus Diœceſ. Flor. de conſtitutionibus.*

§. 2. Declarantes vt quando in prædictis conſtitutionibus nullum certum ſtipēdium aſſignatum eſt executoribus capientibus, & in vincula conicientibus, clericos delinquentes tres aurei pro ſingulis delinquētibus captis & in carcerem coniectis loco mercedis & capturæ illis ſoluantur.

*Decretum*

# *Decretum ſuper ſtatu Mulierum Tertii Ordinis in priuatis domibus degentium, illarumq; ad habitum admiſſione.*

SACRA Congregatio Cardinalium negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Regularium ſuper immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt, vulgò Bizzoche, ſeù alio quouis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum in eandem ſententiã reſpondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, ſæpius reſpondit, minime poſſe Sacerdotes Regulares Mulierum Tertii ordinis, quas de Pęnitentia, vel Bizzocas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſęcularium audiendas, quemadmodum nec poſſe illis Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare in die Paſchatis Reſurrectionis Sanctiſs. D. N. IESV CHRISTI; verum quoad ſepulturam, atque alia Priuilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ità demùm Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, Priuilegiis potiri, & ab Ordinarii iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeù cum Clauſtralibus habitent, & Mulieres virginalem, ſeù cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilii Lateranen. ſub Leone X. quæ habetur ſeſs. 21. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, ſcilicet, paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi; quinimo huiuſmodi mulieres, ſi vitam Virginalem, aut cœlibem ſimpliciter, expreſsèq; vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis Priuilegiis Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneq; ab Ordinariis iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſteà declarauit Conſtitutione edita die prima Martii 1516.

An autem prædictæ qualitates in huiuſmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci eſſe iudicium.

Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertiariis ſine ſepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes, ità demum in Eccleſiis Ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur, ſin minus, in Eccleſiis Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autẽ Regularibus, ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atq; ad ipſas veſtiendi eas officiũ pertinere, non autẽ ad habitũ admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate ſaltem quadraginta annorũ conſtitutas, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum aliis viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prędictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

Verùm in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpectiuè deferendo, omninò à velo ſupra caput quòd Suprięctum vocant, à Pectorali, quod vulgò dicitur, Sottogola, & à Patientià abſtinendum eſſe; quinimò eas, quę ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſæ fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras eccleſiaſticas ab Ordinariis locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis verò Decretis Mulieres Tertii Ordinis, quę collegialiter viuunt, non comprehendi, quinimò eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pii Papæ V. æditę Romę Anno 1566. quarto Calendas Iulii, quæ incipit (*Circa Paſtoralis*) pœnitus ſubiacere expreſsè declarat. Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris anni MDCXVI.

**Antonius Cardinalis Saulius.**

Locus † ſigilli.

V. Theatinus Secretarius.

EXAMI-

# EXAMINATORES.

Examinatores in ſingulis Synodis proponi debent, vt ab ea probentur, qui de vita, doctrina, moribusque ad parochiales eccleſias promouendorum diligenter, humana affectione poſtpoſita, perquirant; pro Diœceſis igitur amplitudine nominati, & probati fuerunt infraſcripti.

*Admodum R. D. Coſma Minerbettus Archidiaconus Florentinus.*

*Admod R. D. Petrus Niccolinus Archip. Florent.*

*Admod. R. D Franciſcus Iunius Decanus Florent.*

*R. D Camillus Pandulphinus*
*R. D. Eques Andreas Tobalea*
*R. D. Horatius Quarateſius*
*R. D. Laurentius Capponius*
*R. D. Franciſcus Norius*
*R. D. Coſmus Mannuccius*
*R. D. Petrus Carneſecchius*
*R. D. Petrus Paulus Bonſius*
*R. D. Paulus de Paulis*
*R. D. Alexander Strozza*
*R. D. Eques Angelus Martius Medices*

} *Canonici Florentini.*

R. D Vincentius Rabatta } Canonici Florent.
R. D. Vincentius Rondinellius }

R. D. Franciſcus Fabronius Prior Eccleſiæ S. Laurentii de Florentia

R. P. Magiſter Nicholaus Sermartellius Ordinis Prædicatorum

R. P. Magiſter Philippus de Guidis Ordinis Prædicatorum.

R. P. Magiſter Ignatius de Nente Ordinis Prædicatorum.

R. P. Magiſter Antonius Zenobius Baglionius Ordinis Seruorum.

R. P. Magiſter Arcangelus Gianius Ordinis Seruorum

R. P. Magiſter Nicholaus Gaglius Ordinis Carmelitarum.

R. P. Magiſter Stephanus Arbinoctus Auguſtinianus

R. P. Magiſter Johannes Comes Auguſtinianus

R. P. Magiſter Angelus Maria de Maſſa Ordini Sancti Franciſci de Obſeruantia.

R. P. Magiſter Franciſcus Tibaldius Flor. Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Franciſci.

R. P. Leonardus de Auacchia Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Franciſci

R. P. Coſmus de Pacziis Societatis Jeſus.

R. P. Philippus de Guadagnis Ordinis Teatinorum.

NOMI-

## NOMINA IVDICVM DELEGATORVM.

Iuxta ſacroſancti Concilii Decretum diſponentis eligi, & aprobari in Synodis Viros in eccleſiaſtica dignitate conſtitutos, vel Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, quibus à Sede Apoſtolica, eiuſque legatis cauſæ committantur, deſtinati fuerunt ad hoc munus in Diœceſi Florentina, ac Fęſulana obeundum, infraſcripti Videlicet.

*Illuſtriß. & Reuerendiſs. D. D. Alexander Martius Medices Archiepiſcopus Florentinus.*

*Adm Illuſtriſs. & Reuerendiſs D. D. Baccius Gherardinius Epiſcopus Fœſulanus.*

*Adm. R. D. Vicarius Florentinus pro tempore exiſtens.*

*Adm. R. P. Vicarius Fœſulanus pro tempore exiſtens.*

*Adm. R. D Coſma Minorbettus Archidiaconus Florentinus.*

*Adm. R. D Petrus Nicolinus Archip. Florentinus.*

*Adm. R D Franciſcus Iunius Decanus Florentinus*

*Adm. R. D. Raphael Medices Præpoſitus Florentinus.*

*R. D. Camillus Pandulphinus*
*R. D. Michael Datus*
*R. D. Antonius Bartolinus*
*R. D. Eques Andreas Tobalea*
*R. D. Horatius Quarateſius*
*R. D. Laurentius Capponius*

} *Canonici Florentini.*

R. D.

*R. D. Coſmus Mannuccius*
*R. D Petrus Carneſecchius*
*R D Petrus Paulus Bonſius*
*R D. Paulus de Paulis*
*R D. Alexander Strozza*
*R. D Eques Angelus Martius Medices.* — *Canonici Florentini.*
*R. D. Vincentius Rabatta*
*R D. Nerius de Jacobis*
*R D. Laurentius Vbaldinus*
*R D. Antonius de Gondis*
*R D Thomas Celleſius*

*R. D. Franciſcus Fabronius Prior Eccleſiæ S. Laurentii de Florentia.*

*D. Gabriel Baccionius Præpoſitus Faſulanus*

*D Thomas Rimbottus I. V D.*

*D Antonius Ciocchettus I. V D.*

*D Carolus de Macinghis I V D.*

*D. Angelus Moroſinius I V. D.*

## ZENODOCHIARII, ET VISITATORES PIORVM LOCORVM.

Adminiſtratores locorum piorum ex præſcripto ſacrorum canonum, & Tridentini Concilii ordinario ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenentur, deputantur igitur, vt ordinarii nomine Synodo aprobante recipiant.

*Reu. D. Mutius de Cortigianis Canonicus Florentinus.*

*D. Pet*

*D. Petrus Fanfanius Canonicus Eccleſiæ S. Laurentii de Florentia.*

## NOMINA TESTIVM SYNODALIVM.

Vt ea, quæ animaduerſione digna ſunt, non lateant, neue in Curia irrepant abuſus, & corruptelæ, conſiderent Teſtes Synodales Infraſcripti, an in Vrbe, & Diœceſi ſit, quod corrigi debeat, referantq; Illuſtriſs. Archiepiſcopo, vel in futura Synodo emendanda proponant.

*Reuer. D. Baccius de Iohanninis Canonicus Florent.*

*R. D. Coſmus de Bartolis Præpoſitus Emporienſis.*

*D. Franciſcus Bonattus Prior Sancti Nicolai vltra Arnum de Florentia.*

*D. Petrus Buondelmontes Plebanus Impruneta.*

*D. Tholemeus Nozzolinius Plebanus S. Agata de Mugello.*

*D. Ioannes Simon Tornabonus Plebanus S. Stephani in Pane.*

*D. Franciſcus de Vlmis Plebanus de Sexto.*

*D. Iohannozzus Actauentes Plebanus S. Hippoliti Caſtri Florentini.*

*D. Taddeus de Naſis Plebanus Sancti Donnini de Villa magna.*

*D. Laurentius de Teris Plebanus Sanctæ Marie de Dicomano.*

*D. Iohannes de Cauinis Plebanus Sancti Iohannis de Miſileo.*

D. Io-

*D Iohannes della Nera Plebanus Sanctæ Reparatæ de Pimonte.*

Nomina deputatorum Congregationis in hac Diœceſana Synodo de nouo inſtitutæ.

*Adm. R D. Coſma Minorbettus Archidiaconus Florentinus.*

*R. D. Camillus Pandulphinius*
*R. D. Horatius Quarateſius*
*R. D. Franciſcus Norius*
*R. D. Petrus de Carneſecchis*
*R. D. Vincentius Rabatta*
*R. D. Vincentius Rondinellus.*
} *Canonici Florentini.*

*Pater Coſmus de Paczzis Societatis Ieſus.*

Ad Catecumenos Inſtruendos, & inſtructos approbandos.

*P. Coſmus de Pacziis Societatis Ieſus.*

---

*Imprimatur ſi placet Adm. R. P. Inquiſitori. die 16. Maij 1619.*

*Alex. Archiep. Flor.*

*Die 16. Maij 1619.*
*Imprimatur Florentiæ ſeruatis ſeruandis.*
*F. Ioannes Paulus a S. Joanne Inquiſitor Gen. Flor.*

Stampiſi a di 17. di Maggio 1619.
Niccolò dell'Antella.

INDEX

# Index titulorum, & capit. Diœceſanæ Florentinæ Synodi.

## TITVLVS PRIMVS. pag. 5.

DE fide & iis quæ ad eam tuendam & propagandam pertinent.
Capnt 1. De fidei profeſſione 5.
Caput 2. De fidei initiis pueris, rudibuſque tradendis 6.
Caput 3. De abutentibus ſacra ſcriptura. 8.
Caput 4. De prędicatione verbi Dei 9.
Caput 5. De cultu & veneratione ſanctorum, eorum reliquiis, & ſacris imaginibus 13.
Caput 6. De Miraculis 15.
Caput 7. De Sacris repręſentationibus 16.
Caput 8. De libris prohibitis 16.
Caput 9. De Sortilegiis, diuinationibus, maleficiis, ſuperſtitionibus, magiciſq; artibus abolendis 17.
Caput 11. De Blaſphemis 18.
Caput 10. De Hæreticis & Iudæis 19.
Caput 12. De feſtorum dierũ cultu, & obſeruatione 20.

## TITVLVS SECVNDVS 26.

De Sacramentis, & ſacramentalibus, eorumq; adminiſtratione.
Caput 1. De Sacramentis in genere 26
Caput 2. De Sacramento Baptiſmi 28.
Caput 3. De Sacramento Confirmationis 30.
Caput 4. De Auguſtiſs. Euchariſtiæ Sacramento 31.
Caput 5. De Sacramento Pœnitentiæ 35.
Caput 6. De Sacramento extremæ Vnctionis 41.
Caput 7. De Sacramento Ordinis 42.
Caput 8. De Sacramento Matrimonii 44.
Caput 9. De Sacramentalibus 47.

## TITVLVS TERTIVS 49.

De celebratione Miſſarum.
Caput 1. De Miniſtris 49.

Caput 2. De Altare ſacris veſtibus, & aliis ad ſacrificium peragendum requiſitis 53.
Caput 3. De loco & tempore 54.
Caput 4. De Miſſis votiuis 56.
Caput 5. De audientibus Miſſam 58.

TITVLVS QVARTVS 59.

De pertinentibus ad Diuina officia & Proceſſiones.
Caput 1. De Diuinis officiis 59.
Caput 2. De Proceſſionibus 59.

TITVLVS QVINTVS. 61.

De obſeruatione Ieiuniorum.
Caput vnicum 61.

TITVLVS SEXTVS 63.

De Sacroſanctis Eccleſiis deq; eorum bonis non alienandis, alienatis recuperandis, illarum reparatione, & inuentarii rerum eccleſiaſticarum confectione.
Caput 1. De Sacroſanctis Eccleſiis 63.
Caput 2. De Eccleſiis reparandis 67.
Caput 3. De Bonis Eccleſiarum non alienandis & alienatis recuperandis 68.
Caput 4. De Conficiendo inuentario rerum Eccleſiaſticarum 71.

TITVLVS SEPTIMVS. 72.

De Beneficiorum Eccleſiaſticorum Collatione, & Reſidentia.
Caput 1. De Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione 72.
Caput 2. De Reſidentia 75.

TITVLVS OCTAVVS 78.

De vita & honeſtate Clericorum.
Caput 1. De Clericorum veſtibus, & reliqua vitæ moderatione 78.

Caput

Caput 2. De armis, ludis, ſpectaculis, & eiuſmodi à Clerico vitandis 82.
Caput 3. De temporalibus, & ſęcularibus negotiis à Clericis fugiendis 85.
Caput 4. De Piis ac literariis exercitiis à Clericis ſuſcipiendis 86.

TITVLVS NONVS. 88.

De Confraternitatibus Laicorum
Caput vnicum 88.

TITVLVS DECIMVS 90.

De Religioſis Domibus
Caput Vnicum 90.

TITVLVS VNDECIMVS 91.

De Medicis teſtamentis, & ſepulturis.
Caput Vnicum 91.

TITVLVS DVODECIMVS 94.

De Puerorum expoſitione & ſuffocatione.
Caput Vnicum 94.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS 95.

De adulterio ſtrupro &c.
Caput Vnicum 95.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS 96.

De Monialibus
Caput 1. De Puellis ad religionem admittendis,& nouitiis ad profeſsionem recipiendis 96.
Caput 2. De iis quæ ad Diuinum cultum Deo exhibendum per moniales pertinent 99.
Caput 3. De pertinentibus ad paupertatis votum 105.

Caput 4. De ſpectantibus ad Caſtitatis votum 110
Caput 5. De Voto Obedientiæ 114
Caput 6. De Confeſſariis, aliiſque rerum ſacrarum, & temporalium miniſtris 115
Caput 7. De Puellis ſæcularibus, quæ in monaſteriis, educantur 121
Caput 8. De Tertiariis, Bizzochis & aliis piis fœminis. 123

## TITVLVS DECIMVS QVINTVS.

De Iudiciis 123.
Caput Vnicum. 123.

## TITVLVS DECIMVS SEXTVS. 127

De Conſtitutionibus & ſtipendiis exequtorum 127.
Caput Vnicum. 127

FINIS.

# INDEX MATERIARVM QVAE IN HAC SYNODO

## CONTINENTVR.


A.

ABSOLVTIO.

Abſq; graui pœnitentia non abſoluantur blaſphemi. 19 cap. 10. §. 1.

A caſibus reſeruatis non abſoluẽdum. 36. §. 2

Facultas conceſſa, & concedenda abſoluendi á reſeruatis quomodo intelligenda. 36. §. 2.

Monendi ſunt qui abſoluuntur à reſeruatis. 37. §. 2.

ADVLTERIVM.

Concubinarii publici denuntientur à Parochis. 95. §. 1.

Proſtituentes proprias filias carceri mancipentur, vel ad triremes mittantur. 95. §. 2.

B.

BAPTISMVS.

Omnia ad baptiſmum requiſita peragantur ex præſcripto ritualis 28. §. 1.

Obſtetrices ignorantes ritum vere baptizandi prohibendæ ſiñt obſtetricare. 28. §. 2.

Excõmunicãtur obſtetrices ignorantes veram baptizandi formam ſi monitæ eam vel nõ addiſcant vel non deſiſtant. 28. §. 2.

Quomodo ſe gerat parochus erga domi baptizatos. 29. §. 3.

Patrini quot admittendi ac, inſtruendi de cognatione cõtracta, & cum quibus 29 §. 4.

Aliqui repellendi á ſuſcipiendo infantes e ſacro fonte.. 29. §. 4

Sudariola, & candelę ac ſimilia remaneant apud baptizantem. 29. §. 5.

Nomina baptizatorum patrinorũ diligenter deſcripta quotannis ad Curiam mittantur. 29. §. 6.

Rectores adiuuent proprios plebanos ad aquam baptiſmalem conficiendam. 30. §. 8.

Nullus ſacerdos proprio plebano abſq; licentia relicto quemquã adiuuet benedicere fontes. 30. §. 8.

BENEFICIA ECCLESIASTICA

Patroni beneficiorum præſentent dignos. 72. §. 1.

Beneficia tenuia commedentur Vicinioribus Curatis, nec conferantur amplius in titulum. 74. §. 5.

